CODICIS
PSEUDEPIGRAPHI
VETERIS
TESTAMENTI
VOLUMEN ALTERUM.

ACCEDIT

JOSEPHI
VETERIS CHRISTIANI
SCRIPTORIS
HYPOMNESTICON

IN LUCEM EDITUM

CUM

VERSIONE AC NOTIS

JO. ALBERTI FABRICII
SS. THEOL. D. ET PROF. PUBL.

EDITIO ALTERA.

HAMBURGI
APUD VIDUAM FELGINERIAM ET BOHNIUM.
MDCCXLI.

ROEM. BIBL.
DER
UNIVERS.
HALLE.

VIRO
MAXIME REVERENDO ATQUE
ERUDITISSIMO
GEORGIO WALLINO
SS. THEOLOGIÆ
DOCTORI DIGNISSIMO

S. D.
JO. ALBERT. FABRICIUS.

Jucundissimum accidit, *Vir Honoratissime*, quod læta sese jam offert mihi occasio & multiplex,

pro meo in Te amore gratulandi Tibi toto pectore: primum quidem de itinere literario tot annis per pulchriores Europæ regiones continuato a Te feliciter, atque magno cum fructu magnaque gloria Tua eousque producto prospere secundum votum atque exspectationem Tuam, ut reditum nunc adornare in Patriam, atque in desideratam Tibi, Teque reddi sibi jam diu exoptantem Sueciam Tuam auspicato reverti, & Tuorum

quot-

quotquot triſtia fata, inter deſide-
ria Tui, reliquos Tibi fecerunt,
Reverendiſſimi Patris maxime,
Norlandiæ occidentalis Antiſtitis
Reverendiſſimi, in amplexus venire
iterum poſſis.

Non minus Tecum gaudeo de
promeritis jam pridem inſigni vir-
tute atque eruditione Tua honori-
bus & de collata nuper in Te in B.
LUTHERI cathedra a Theolo-
gis inclytis Witebergenſibus digni-

tate Doctorali, ex qua amplum & non inficiandum mihi præberi argumentum ſentio bene ominandi Eccleſiæ, quæ a Te & virtute ac doctrina Tua jure poteſt magna & præclara ſibi polliceri: ſpeciatim cauſas video habere me maximas gratulandi Patriæ Tuæ Sueciæ, quæ a pietate, fide, prudentia & eruditione Tua pulcherrimos fructus ſpe non inficianda jam tum præcipit, atque exſpectare jure ſuo poteſt: Rei denique litterariæ

riæ bene augurandi, quæ quam insignia ab ingenio & industria sibi valeat promittere, jam fidem factam sibi intelligit tot & tam elaboratis speciminibus quæ vel in Patria, vel inter medios tumultus itineris dedisti in lucem aut daturum Te promisisti.

Dum autem gratulari Tibi & gaudere Tecum, me tam justis de causis juvat, sereno ut confido vultu a me accipies hocce quod

Tibi amica manu offero munuſculum, Volumen alterum Codicis Pſeudepigraphi Veteris Teſtamenti. Iſtud qualecunque eſt, aſpernari Te nec Tuus in me permittet amor, neque æquum fuerit hoc a Te fieri, cum partem ejus haud contemnendam, narrationem nempe apocrypham de Joſepho Mariæ ſponſo a Te fuerim mutuatus, totumque illud ſcriptum ex verſione quam ex Arabico nuper adornaſti, typisque edidiſti

Lipſien-

Lipsiensibus, huic meæ συναγωγῇ pace Tua adtexuerim.

Quod superest ut itinere feliciter absoluto, Patriam Tuosque lætus revisas, ac per multos annos Sueciæ Tuæ & Ecclesiæ Doctorem Theologum præstes idoneum utilissimumque, seris votis exposco optimum Numen: atque ut mihi sive versans in itinere, sive in Patria constitutus benevolentiam Tuam serves integram, et-

iam atque etiam a Te peto. Vale Vir maxime Reverende. Scripsi Hamburgi prid. Non. April. Anni MDCCXXIII.

In

In hoc Volumine continentur:

I. Capita priori Tomo Codicis Pseudepigraphi Vet. Testam. supplendo vel illustrando.

1 ADAMUS, litterarum inventor, pag. 1.
2 Alphabetum Cœleste, p. 2.
3 Nomina ab Adamo rebus imposita, p. 4.
4 Adami fœmina, Lilit, p. 5.
5 Adamus Propheta, p. 7.
6 Adami Philosophia, p. 8.
7 Adami mira potestas, & corpus lucidum, p. 11.
8 Adamus Sabbatum in Paradiso celebrans, p. 13.
9 Festa ab Adamo instituta, p. 14.

10 Ada-

10 Adami jejunium & pœnitentia, p. 14.
11 Locus in quem Adamus e Paradiſo in exilium abiit, p. 20.
12 Canticum S. Michaelis & bonorum Angelorum poſt Luciferum & malos Angelos Cœlo dejectos, p. 26.
13 Sepher Raziel, p. 28.
14 Septem homines univerſum Mundum volventes, p. 28.
15 Adam, an Monarcha? p. 28.
16 Liber Adami & Joannis Baptiſtæ apud Sabios, p. 29.
17 Adami veſtigia in Inſula Zeylon, pag. 30.
18 Poma Adami, ficus Adamæa, p. 36.
19 Adami ſepultura, p. 37.
20 Adami nomen, pag. 39.
21 Adami ſtatura, p. 41.
22 Adami epitaphium, p. 42.
23 Caini & Abelis ſorores, CALMONA & LEBORA, p. 44.
24 ABELIS canis & ſepultura, p. 45.
25 De CAINO varia, p. 48.
26 SETHUS Deus, facies ejus ſplendida, p. 49.
27 Filiorum Sethi columnæ, p. 51.
28 Sethus per ſanguinem Abelis ſuos adjurans, p. 54.
29 ENOCHUS, p. 55.
30 Enochi preces, p. 57.

31 Enochi liber, Joanni Dee traditus ab Angelo, p. 58.
32 LAMECH, p. 61.
33 De NOACHO varia, p. 61.
34 Rudera arcæ Noachi, p. 63.
35 De MELCHISEDECHO miſcella, p. 72.
36 Miſcellanea de CHAMO, MISRAIMO, TUBALE, PHARAONE, OGE, GOLIATHO, p. 78.
37 THARE, Abrahami pater, monetarius. Triginta argentei, p. 79.
38 Quercus Mambre, p. 81.
39 Aſtrologica ABRAHAMI ſcientia, pag. 81.
40 Ægyptiorum libri ſacri, p. 83.
41 Teſtamenta PATRIARCHARUM, p. 83.
42 Vita ASSENETH, filiæ Potipharis, JOSEPHI uxoris; nunc primum Græce edita ex Codice Barocciano, cujus apographum mecum communicavit vir egregius Joannes Chriſtianus Wolfius, pag. 85.
43 JOBUS, p. 102.
44 BALAAM, p. 105.
45 JANNES & JAMBRES, p. 105.
46 Jannis & Jambris monumentum, pag. 106.
47 MOSIS nomen, p. 111.

48 Mo-

48 Moſes litterarum inventor Hebræis, & per Cadmum Græcis, p. 117.
49 ASSIMAH mater Moſis, ejusque liber Megmou, p. 118.
50 Moſis amuletum, p. 119.
51 Moſes ſapientia Ægyptiorum imbutus, p. 119.
52 Moſes auctor Legis oralis, venditatus a Judæis, p. 120.
53 Parva Geneſis, p. 120.
54 Floſculi Bibliorum, liber Apocryphus, p. 122.
55 Duodecim Moſis fontes, p. 123.
56 Moſes cornutus, p. 123.
57 Virga Moſis, p. 124.
58 Moſis ſepulchrum, p. 125.
59 Moſes aſſumtus in cœlum, p. 127.
60 Liber, aſſumtio Moſis, p. 128.
61 Pſalmus XC. in Moſis ἀποῤῥήτοις, pag. 129.
62 JOSUA, p. 130.
63 Epiſtola commentitia Regis Perſarum & Medorum ad Joſuam, p. 130 ſq. Joſuæque reſponſio, p. 133.
64 Tubæ Hierichuntinæ, p. 134.
65 Monumentum Phœnicum a Joſua profugorum, p. 135.
66 Duodecim lapides a Joſua poſiti, p. 137.
67 Sortes Apoſtolorum & PROPHETARUM, p. 138.

68 SAMUEL Propheta, p. 138.
69 Prophetarum ætas, p. 139.
70 DAVID Propheta & Rex, p. 140.
71 David, dum furorem simulat, scribens, nescio quid in ostio domus Achis, pag. 142.
72 Scutum Davidis & numi, pag. 144.
73 MERODAC BALADAN, Rex Babylonis, p. 156.
74 Loca ex sacris scriptoribus Veteris Testamenti allegata, quæ in illis non leguntur, p. 157.
75 Locus Jacobi IV. 5. ex Apocrypho libro repetitus, p. 161.
76 JEREMIÆ Epicedium in cædem JOSIÆ Regis, p. 163.
77 Psalmus CXXXVII. an Jeremiæ? pag. 166.
78 De ABDIA Propheta, p. 167.
79 De EZECHIELE Propheta, p. 167.
80 DANIELIS Prophetæ visiones, p. 169.
81 Danielis contra leones περιφυλακτήριον, p. 169.
82 MARDOCHAI, p. 170.
83 ESDRÆ Anathema in Samaritanos, p. 170.
84 Esdræ index dierum faustorum, p. 171.
85 Esdræ Apocalypsis, in Catalogo librorum Apocryphorum Veteris Testamenti, p. 171.

86 Libri,

86 Libri, qui non exstant & in sacris litteris memorantur, p. 171.

II. Epistola BARUCHO Prophetæ tributa apud Syros, & diversa ab libro qui sub ejus fertur nomine, p. 145.

III. Liber ESDRÆ quartus, cum locis veterum illum allegantium, & differentiis ac supplementis, ex versione prisca Arabica, quæ MSta exstat Oxoniæ in Bibl. Bodlejana, p. 173.

IV. Historia JOSEPHI fabri lignarii, ex Arabico Codice MS. Bibl. Regiæ Paris. Latine versa a D. GEORGIO WALLINO, p. 309.

V. JOSEPHI, Veteris Christiani Scriptoris, Hypomnesticon, sive liber sacer memorialis, cum versione & notis, p. 337.

ADA-

ADAMUS.

I. Adamus, Literarum inventor.

ad Tom. I. pag. 1.

Præter *Thomam Bangium* τὸν μακαρίτην in Cœlo Orientis, sive exercitationibus de ortu & progressu litterarum, excusis Havniæ A. 1657. 4. & præter alios scriptores in limine voluminis prioris a me laudatos, adire juvabit *Caſparem Schottum* in technica curiosa p. 546. sq. ubi scriptoriæ artis inventum divinum, & Moyse antiquius esse disputat. Novissime *Guilelmus Nicols* in erudito poëmate, de litteris inventis, quod in libros sex divisum, Londini A. 1716. 8. prodiit libro I.

Divinum auctorem scribendi hunc credere fas est,
Humani generis qui simul auctor erat.

Hugo Ferrandus (reflexions sur la Religion Chrêtienne T. 2. p. 252.) considerans locum *Plinii* lib. VII. Hist. Nat. c. 56. *litteras semper arbitror Assyriis fuisse:* [Ce passage nous marque

Catalogo MSS. Hebraicorum Nobiliſſimi Viri D. *Zachariæ Conradi ab Uffenbach.*

Theſei Ambroſii introductio ad Varias linguas, lucem vidit Papiæ 1639. 4. *Joh. Auguſtini Panthei* Voarchadumiam numeris & iconibus illuſtratam exhibet theatrum Chemicum. *Jacobi Bonaventuræ Hephurni* Virga aurea ſive LXX. Alphabeta prodiere Romæ A. 1616. *Andreæ Mulleri* Greifenhagii, admirandæ doctrinæ viri Alphabeta ac notæ diverſarum linguarum, Berolini 1703. 4. Omitto *Laur. Schraderi* Alphabeta XXIV. Helmſt. 1592. *Jo. Theodori & Iſraelis de Bry* tabellas alphabetarias variorum characterum, Francof. 1596. De *Nic. Schmidii* collectione Manuſcripta, quæ ſervatur Geræ, adeundus celeberrimus Vir *Burchard Gotthelf Struvius* T. 1. anecdoctor. faſciculo 1. pag. 194. Tranſiſalana autem Alphabetorum συναγωγὴ cui jam viginti annis intentum virum philologum eſſe teſtatus fuit auctor diarii Belgici (*Boekſaal van Europe*) An. 1694. Jun. p. 569. necdum, quod ſciam, lucem a pexit.

III. Nomina ab Adamo rebus impoſita.

ad T. 1. p. 2.

Joel, tertii decimi ſcriptor ſæculi, in Chronographia: ἰσέον ὅτι ὁ μὲν Ἀδὰμ ἐπέθηκεν ὀνόματα τοῖς πασὶν αὐτὸ καὶ πᾶσι τοῖς ζώοις χερσαίοις τε καὶ

καὶ θαλαττίοις: τὸ δὲ αὐτοῦ ὄνομα καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ ἄγγελος Κυρίου εἶπεν αὐτοῖς. *Scire juvat Adamum imposuisse nomina liberis suis, omnibusque animantibus terrestribus, maritimisque. Ipsi autem & uxori ejus nomen impositum ab Angelo Domini*, imo a Deo ipso, ut Moses testatur. Denominationem omnium entium atque ipsius JEHOVAH ad Adamum velut auctorem refert R. *Abraham Sebach* sive *Sabah*, Ulyssiponensis in *Zeror Hammor* sive fasciculo myrrhæ. Clariss. Viri Michaëlis Lilienthali diss. de vocatis ab Adamo animantibus eruditissimo *Hardtio* Rostoch. 1710. opposita, observationis nonæ locum occupat in ejus selectis Historico-literariis, Regiomont. 1715. 8. Facit etiam huc Christiani Pfuezneri diss. de ὀνομαθεσίᾳ animalium Adamitica, quæ prodiit Witeberg. 1718.

IV. Adami fœmina, Lilit.

ad Tom. I. p. 5.

Abraham Ecchellensis in historia Arabum p. 268. ad calcem Chronici Orientalis: *Sunt qui spectra non puros dæmones esse putarunt, sed mixtæ ex dæmoniaca & humana natura, scilicet ex concubitu Ablisi dæmoniorum principis cum* Lilit *prima Adami conjuge susceptos liberos. Fabulam hanc ex Judæorum pandectis ad Arabes invexit, si ex reliquis conjicere licet, Cabbalahbaro ex Rabbino Mahometi sectator, & discipulus, qui omnes fere Judaicas nænias ad Arabes*

non sine fœnore transtulit. Comminiscuntur quippe Deum ex limo terræ una cum Adamo formasse fœminam, nomine Lilit, *illique in uxorem ipsam dedisse. Commentum ex hisce cap. 1. Genes. vers. 27. eliciunt verbis:* Masculum & fœminam creavit eos. *Quam autem Mulierem, quum creationis paritate tam insolens ac molesta viro facta esset, sæpius admonitam & non respiscentem, extra paradisum expulit Deus, hinc subjunxit:* Non est bonum, hominem esse solum: faciamus ei adjutorium simile sibi. *Id totum confirmant ex Adami verbis, cum vidisset mulierem ex ejus costa eductam:* Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumta est. *Quod idem est ac si dixisset, inquiunt, nunc, sive hac vice dedit mihi Deus conjugem & sociam ex ossibus meis, & carne mea, quæ vocabitur virago a viro, a quo desumta est: at illa quã tunc & alia vice mihi dederat, nec de ossibus meis erat, nec de carne mea, nec virago a viro dicenda est. Expulsa igitur e Paradiso,* Lilit *sese copulavit dæmoni, cui peperit liberos quamplures qui genii dicuntur. Isti, sex sunt præditi qualitatibus, ex quibus tres communes habent cum hominibus, ac totidem cum dæmonibus. Ut homines generant sibi similes, cibis vescuntur, morti sunt obnoxii. Ut dæmones sunt alati, & quo lubet, velocissime volant, sunt invisibiles, demum corpora absque detrimento permeant atque penetrant. Hoc geniorum genus minus hominibus noxium esse creditur, imo satis familiare & amicum ob naturæ affinitatem & portionem. Autor historiæ*

& rerum gestarum ab Alexandro Macedone refert, in quadam Indiarum regione certis diei horis, Geniorum pueros speciem assumere humanam, & palam apparere consuetos esse, ac cum illorum hominum pueris lusiones inire satis familiariter.

V. Adamus Propheta, etiam Muhammedanis.

ad Tom. I. p. 6.

In compendio Theologiæ Muhammedicæ anonymi scriptoris, Arabis quod Arabice & Latine vulgavit eruditiss. vir Hadr. Relandus, *numerus Prophetarum* dicitur *juxta traditionem nescio quam excurrere ad ducenta & viginti quatuor millia: juxta aliam ad centum & viginti quatuor millia. Inter illos, tredecim & trecenti legatorum divinorum munere functi sunt, & qui novas constitutiones attulerunt, sex sunt:* Adamus, Noachus, Abrahamus, Moses, Jesus & Mohammed. *Benedicat Deus & propitius sit omnibus illis. Qui eos aut unum ex iis non amet, infidelibus accensendus est.* Ad hunc locum laudatus Relandus p. 40. annotat: Quos in historiis suis, Prophetarum titulo insignire consueverint Mohammedani, lubet ab Adamo usque ad Mohammedem breviter recensere. Hi sunt Prophetæ: 1. Adam agricola. 2. Seth. 3. Idris (Enoch) sartor. 4. Noach faber lignarius. 5. Hud mercator. 6. Salich. 7. Chidr (hic Jeremias putatur.) 8. Loth. 9. Abraham. 10. Isaac pastor. 11. Ismaël. 12. Jacob.

cob. 13. Job. 14. Bosheir. 15. Dulkephel (cujus verum nomen erat Harfil.) 16. JosephRex. 17. Ephraim. 18. Nun. 19. Josua. 20. Schoaib. 21. Moses pastor. 22. Aaron. 23. Jasin. 24. Elias textor. 25. Elisa. 26 Ozair (Esdras.) 27. Daniel. 28 Samuel. 29. David loricarum confector. 30 Salomon. 31. Zacharia faber lignarius. 32. Jahia (JoannesBaptista.) 33. Isa (JESUS) 34. Georgius ad Ninevitas missus. 35. Mohammed.

Jacobus ben Sidi apud *Gabrielem Sionitam* de urbibus & moribus Orientalibus cap. 1. Credat scripturis quæ missæ sunt ad Dei apostolos, divisis ex communi illorum opinione in libros centum & quatuor, ex quibus decem libri missi sunt ad Adamum, a) quinquaginta ad Sethum, triginta ad Enochum, decem ad Abrahamum, Lex ad Mosem, b) Psalterium ad Davidem, Evangelium ad Isam c) (JESUM:) denique Alcoranus ad Mohammedem.

VI. Adami Philosophia.

ad T. I. pag. 9.

Nic. Bergii, postea Generalis per Livoniam Superintendentis, & Academiæ Pernavienſis Procancellarii An. 1706. defuncti, dissertatio sub præsidio B. Davidis Clodii de existentia Philosophiæ antediluvianæ, ejusque propagatione. Giessæ 1684.

Jo.

a) Adde Tom. I. pag. 31.
b) Herbelot Bibl. Orientale in *Taourat.*
c) Id. in *Engil.*

Joh. Wilh. Feuerlini Diss. de Philosophia Adami putatitia. Altorf. 1715. Idem de Adami Logica, Physica, Mathesi, Philosophia practica & libris. id. 1717.

Andreas Gœding in Diss. de genuinis Philosophiæ natalibus, ubi de Philosophia Adami, Sethitica, Noachi &c. Upsal. 1703. 4.

Jo. Christian Kundmann in Abhandelung vom Verstande des Menschen vor und nach dem Falle, p. 93. sq. Budissinæ 1716. 8.

Marus Mersennus in Genesin, p. 1202-1214 sq.

Jac. Frid. Reimmanns Versuch einer Einleitung in die Historiam litterariam antediluvianam. Halæ 1709. 8.

Fabiani Tœrreri Dissert. de Philosophia Adami, Upsal. 1706. 8.

Petrus Arlensis de Scandalupis, presbyter Hierosolymitanus, in libro de Sympathia VII. metallorum & VII lapidum selectorum ad planetas, *p. 383. edit. Hamburg.* 1717. 8.

Parens Adam hanc (Magiam) utique cognovit, dum ex lapsu mœrore pæne exanimatus illam consolatricem habere meruit, & hominem justum pacificumque suo peccato remedium allaturum, & a sua progenie nasciturum intellexit. Hæc primi hominis prima cognitio. O rem gratam desiderabilemque! Quid commodius? quid acceptius? quid convenientius aut aptius præstari possit? Hanc Enoc cognovit & possedit, quando raptus fuit, & illuc sublatus, ubi inundantium aquarum motus penetra-

re minime valuerunt. Non enim in aëre ſuſpenſus eſt, non inter aquarum vortices, non denique in Arca ſeipſum exhibuit, ſed a Sacra Dei Scientia tutus illic permanſit, ubi pluviæ lacrimarum tutiorem viam demonſtrabant. Hanc Moyſes abſolutiſſimus Dei miniſter cognovit, & poſſedit, dum Magnalia in Ægypto Mirabilia in terra Cham, & Terribilia in mari Rubro perpetravit. Aquas ſaxum percutiendo produxit (loquendo tamen illi præceptum fuerat, ut via æquitatis & clementiæ, non judicii, aquæ impetrari poſſent) aquas hinc inde ut murum dividendo etiam ſuperavit. Hanc Joſue, Soli & Lunæ imperando ut ſiſterent, Ezechias etiam ut quatuordecim gradus retrocederet, cognoverunt. Hanc Gedeon, Samſon, Jepte, cæterique Dei exercitium Athletæ poſſederunt. Paulus ille ſummi Dei altiſſimi a ſecretis, hanc vidit, cognovit, & ad tertium Cœlum usque cum illa aſcendit, eaque revelante, arcana audivit, quæ hominibus revelanda non eſſe perhibuit. Per illius vocem fratribus annunciavit, eorum ſanctificationem, Dei voluntatem extare. Patres noſtri noviſſimi hanc in ſpeluncis, in cavernis latitantes invenerunt: in melotis, in pellibus caprinis anguſtiati & afflicti, errantes ſemper ſecum aſportabant, & ut opprobrium hominum apparerent ſeſe occultabant: in occulto tamen radios emittens illos manifeſtabat.

Chal-

Chaldæi, Persæ, Indi, Brachmanæ, Mecubales, Magi denique singuli hanc ex nomine tantum haud cognoverunt: si utique cognovissent, alio modo loquuti fuissent. Optime equidem, divina luce illuminante, tres illi Reges & Proceres cognoverunt, & adoraverunt, & terribilium ira eos non terruit, Angelum revelantem ab illa meruerunt, ut ad propriam regionem alia via pergerent, & Angelicis consolationibus sunt gavisi. Regalis sapientia, sancta & illuminativa doctrina, quæ humilibus dat incrementum, superbos autem in sapientia eorum dispergit. In duodecim pauperrimis adeo viguit, ut in omnem terram sonus illorum audiretur, & in fines totius mundi eorum verba perciperentur. Tantum uno solo imbuti & signati charactere.

VII. Adami mira potestas, & corpus lucidum.

ad T. 1. p. 10.

In Apophthegmatibus Patrum T. 1. monum. Cotelerii p. 651. ἐάν τις κλήσηται καθαρότητα, πάντα ὑποτάσσεται αὐτῷ ὡς τῷ Ἀδὰμ, ὅτε ἦν ἐν τῷ παραδείσῳ, πρὶν ἢ παραβῆναι τὴν ἐντολήν. *Si quis integer vitæ sit vitiique purus, omnia ei subjiciuntur ut Adamo olim in Paradiso, antequam præceptum divinum transgrederetur.* Anastasius Sinaita in Hodego p. 268. ἐι μὴ ὁμοιωθῆναι ἡμῖν ἠθέλετο κατὰ τὴν σάρκα δίχα μόνης τῆς ἁμαρτίας καὶ πάντα

πάντα τρόπον, διὰ τι μὴ ἀστρῶν σῶμα ἠμφιέσατο ἢ ἡλιομορφον ἢ χρυσαλλοειδὲς ἢ λάμπον, οἷον ἦν τὸ πρόσωπον τοῦ Ἀδὰμ ὅτε γέγονε, καὶ τὸ πρόσωπον Μωυσέως ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ. *Si nobis similis esse non volebat in omnibus (CHRISTUS) absque solo peccato, cur non induit cœleste corpus, lucens ac rutilans solis instar aut crystalli, qualis erat facies Adami quando conditus est, aut Moysis in monte Sinai.* Eodem refer quod in apophthegmatibus Patrum p. 641. imago gloriæ Adami, εἰκὼν τῆς δόξης Ἀδὰμ in Moyse fuisse traditur. Corpus Adami lucidum fuisse ac splendens, multis disputat auctor dissertationis quæ inserta est Observationibus selectis *Hallensibus* Tomo VIII. Observat. 6. sed argumentis uti parum firmis parumque credibilibus, demonstravit D. *Brandanus Henricus Gebhardi* in Dissertat. de maxilla Simsonæa & corpore Adami lucido, vulgata Gryphiswaldiæ An. 1707. Concludam hoc caput dicto Talmudicorum in Codice Bava Bathra: *Omnes mulieres respectu Saræ, idem sunt quod simius respectu hominis. Sed Sara cum Eva non magis comparari potest quam simius cum homine. Pariter dicendum, si quis inter Evam & Adamum comparationem instituere vellet, illam simiam esse, hunc hominem. Cum Deo autem si Adamum conferas, rursum componis simium cum homine.*

VIII.

VIII. Adamus Sabbatum in paradiso celebrans.

Diutius in paradiso subsitisse, atque adeo sabbatum in eo celebrasse non dubitat Wilh. Wottonus, in dissertationibus de ritibus moribusque scribarum ac Pharisæorum optimi Salvatoris nostri tempore, Lond. 1718. 8. dissert. quarta Tomi primi. *Moyses*, inquit, *de sanctificatione diei septimæ statim facit mentionem post narrationem de creatione. Labor quidem quo occupabitur Adamus, nihil tunc erat aliud quam terram colere. Cum autem præditus esset intelligentia, recens a Conditore suo & ut esset & ut viveret consecutus, æquum erat justumque ut laudes & gratias Opt. max. Numini penderet. Quis enim neget Adamum fuisse edoctum qua ratione fuerit creatus, & antequam innocentia ac beata conditione, excideret, didicisse, cui existentiam suam & vitam, quam ante breve tempus acceperat, deberet. Auctor & creator ejus de fructibus arboris horti, in quo versabatur, vesci eum prohibuit, quod non potest intelligi nisi prius eum, quod jus ac potestatem in eum haberet, edocuisset. Sane tempus quo commoratus in paradiso est, longius esse oportet quam vulgo creditur: Opus enim erat spatio quod sufficeret nominibus animalium quæ ad eum afferebantur appellandis: Necesse fuit Adamum ab Angelo, qui animalia ad eum adduxit, de natura singulorum institui, quod nisi fuisset factum, quomodo idoneum nomen quibusque tribuere potuisset? Neque intra*

intra breviſſimum tempus de arcanis Creationis potuit edoceri, cum omnia ipſi nova eſſent & inaudita, perinde ut infanti recens genito. Videtur igitur ſuadere ratio ut credamus Adamum edoctum & informatum de iis quæ per hexaëmeri tempus Deus fecerat, celebraſſe Sabbatum, eandemque diem qua Deus ab operibus ſuis creandis requievit, fuiſſe etiam ipſi diem quietis, qui præceptum colendæ terræ a Deo acceperat.

IX. Feſta ab Adamo inſtituta.

Jo. Buxtorffius Lexico Talmudico pag. 2044. ex Gemara ad Codicem Avoda Sara fol. 8. *Calendæ Januarii celebrantur octo diebus poſt ſolſtitium hybernum. Origo hujus feſti ab Adamo. Is cum videret diem imminui, tres dies jejunii inſtituit, ſaccos induit, ſuis peccatis culpam imminutionis diei tribuens. Cum vero ad ſolſtitium Tebeth ſive Decembris, cognoſceret diem rurſus incrementum ſumere, octiduo poſt, feſtum octo dierum inſtituit gratias Deo agens.*

X. Adami jejunium & pœnitentia.

ad T. I. pag. 20. & 48.

De Adami jejunio ab Armeniis celebrari ſolito mentionem facit, illudque improbat *Iſaacus* magnæ Armeniæ Catholicus ſæculi duodecimi ſcriptor, invectiva 1. in Armenios cap. 14. Tom 2. auctarii novi Combefiſiani p. 374.

Ουτως

Οὕτως οὖν ἐλεγχόμενοι, πάλιν λέγουσι, τοῦ Ἀδὰμ ἐστὶν αὕτη ἡ νηστεία. μὴ γὰρ τοῦ ἐξελθεῖν αὐτὸν, φησὶν, ἐκ τοῦ παραδείσου, νενήστευκε ταύτην. ἀκόλουθον δεῖξάτωσαν, ποία θεόπνευστος βίβλος, ἢ προφήτης, ἢ διδάσκαλος, ἢ συγγραφεὺς, ἵνα διδάσκει. πρὸ μὲν γὰρ, καὶ τῆς κτίσεως πάσης, ὁ Μωυσῆς ἱστορικὸς συγγεγραφέναι. ἔτι δὲ καὶ πρὸ τῆς πλάσεως τοῦ Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔας. καὶ πρὸ τῆς παραβάσεως αὐτῶν, καὶ τῆς ἐκ τοῦ παραδείσου ἐξορίας. οὐτάυτως καὶ πρὸ τῆς παιδοποιίας αὐτῶν καὶ πάσης αὐτῶν τῆς ζωῆς, καὶ τοῦ θανάτου. ἀδαμῶς συνεγράψατο, ὅτι μετὰ τὸ ἐξελθεῖν αὐτοὺς ἐκ τοῦ παραδείσου νενήστευκαν. ἐὰν γὰρ νενήστευκαν, τότε ταύτην τὴν νηστείαν τοῦ παραδείσου ἐξορισθέντες, πάντως ἂν καὶ ταύτην ὁ

Sic ergo coarguti, dicunt iterum, esse hoc Adami jejunium. Postquam enim, inquiunt, exivit e paradiso, jejunium illud jejunavit. Ergo ostendant, quænam a Deo inspirata Scriptura, aut Propheta, vel doctor, aut scriptor id doceat. Sane, cum historicus ille Moses, de cœlo, terra, omnique creato scripserit: ad hæc vero, de Adami ac Evæ formatione, deque eorum transgressione, ac exilio e paradiso; nec non pariter de filiorum procreatione, totaque eorum vita ac morte, nequaquam tamen, postquam e paradiso egressi essent, jejunasse scripsit. Siquidem enim paradiso pulsi illud tunc jejunium jejunassent, omnino etiam Moyses illius meminisset, quemadmo-

Μωυ-

Μωυσῆς ἐμνημόνευσεν, ὥσπερ καὶ πάντα ἐκείνων συνεγράψατο. τὸ ἓν ἱστοριογράφω Μωυσέως καὶ προφήτε, μηδὲν τοιοῦτον συγγράψαντ@, μήτε εἰρηκότ@ παντελῶς, εἰσὶν ἕτοι μυθολόγοι ἢ ψευδοπλάσαι.

dum etiam conscripsit eorum res omnes. Cum ergo Moyses historicus ac Propheta, nihil ejusmodi conscripserit, aut omnino dixerit, palam est istos fabulas confingere, ac mendaces esse.

De pœnitentia Adami exstat erudita diatriba celeberrimi Theologi D. *Joh. Friedr. Mayeri*, τ μακαρίτε, Wittebergæ primum A. 1685. edita & deinde recusa A. 1710. Vide sis etiam Julii Bartoloccii Bibl. Rabbinicam T. 1. p. 215. sq. Adami in peccatum prolapsi planctum ita expressit Caspar Barlæus parte 1. poëmatum lib. 1. Elegia 2.

Cernite me, me degenerem spectate nepotes,
Principium miseræ posteritatis ero.
Sanguinis hæredes, pariter quoque criminis estis,
Atque reum quæ me, vos quoque causa facit,
Cum ruerem, mecum ruitis, me stante stetistis.
Unus ego vestrum morsque salusque fui.
Viximus insontes, & vos: peccavimus, & vos:
Nec sine patre boni, nec sine patre mali.
Sic placuit pepigisse Deo, lex prima parentem
Et sobolem simili conditione ligat.

Et

Et potui peccare miſer, voluique, quod unum
Fas erat arbitrio me potuiſſe meo.
Et potui non eſſe miſer; nec velle; quod unum
Dum volui, potui qui miſer eſſe, fui.
Libertas facit iſta reum, ſi cogerer, eſſent
Tuta patrocinio crimina tanta ſuo.
Quid malus obtendam ſceleri? tua, maxime Rector,
Nota fuit menti lex veneranda meæ.
Novimus & Superûm pœnas, & labile cœlum
Exemplum ſpretæ relligionis erat.
Quem peccaſſe pudet, didicit peccaſſe priores;
Debuit & tantis cautior eſſe malis.
Sprevimus audaces magni mandata parentis,
Et potuit vetitum plus placuiſſe nefas.
Nec mihi ſimplicitas, nec cauſæ proderit error:
Mens ſapiens major ſimplicitate fuit.
Credulitas ſcelerata mea eſt: & crimine in iſto
Livor, in hoc ſpecies impietatis erat.
Quin mihi diviniæ ſortis ſperatur imago,
Et vana ſuperos ambitione ſequor.
Ingrato peccare libet, cui vaſta patebat
Machina, prælatum non tulit ille DEUM.
Stultitia cœlum petii, magnique Tonantis
Progenies cœlo noluit eſſe minor.
Mille modi ſcelerum facto ſociantur in uno,
Et miſer haud una ſum ratione nocens.
Fœmina ſeduxit miſerum decepta maritum,
Et mulier tanti criminis orſa facit.

Auſcultaſſe meum ſcelus eſt, thalamoque Deoque
Debitor, illius falſus amore fui.
Suaſerat Eva malum; cur non diſſuaſerat Adam?
Cur conjunx facti facta magiſtra mei eſt?
Cur magis illa dedit? cur tu minus abnuis Adam?
Aut minus hoc vetui, quo magis illa jubet?
Illa prior Ditis monitis: ego credulus illi
Obſequor, & titulo deteriore cado.
Ordine peccatur; conceſſaque fœmina vitæ,
Prima mihi mortis facta miniſtra fuit.
An tanti pomum fuit, & prælata voluptas?
Et potuit pomo vilior eſſe Deus?
Cur frugum rerumque ferax mihi ſorduit hortus?
Et gula mandenti luxurioſa fuit?
Quæ conceſſa mihi eſt, vitam produxerat arbor;
Accelerant vetitæ funera certa dapes.
Me natura reum poſcit, cœlumque, Deusque
Et furit in noſtrum conſcia terra caput.
Quæ placido nuper ridebant ſidera vultu,
Intentant rigidas, jam truculenta, minas.
Quæ tot ſponte prius fundebat munera tellus,
Vix eadem aſſiduo fracta labore dabit.
Incolumis qui nuper eram, jam languidus erro,
Extremumque vehet pigra ſenecta diem.
Quæ mihi manſuetæ domino parere ſolebant,
Turba ruunt in me, ſed nocitura, feræ.
Mergor aquis, uror flammis, ſublimia terrent,
Naſcitur ad pœnam quælibet herba meam.

Ipſa

Ipsa quoque emoritur decoris cœlestis imago,
Et melior nostri pars scelerata nocet.
Me tenebræ, mentemque frequens obnubilat error,
Et periit priscus relligionis amor.
Exulat & pietas, candor, probitasque, fidesque,
Et subeunt animum crimina mille meum.
Peccati vexilla sequor, sum verna malorum:
Totus & imperio sordidiore regor.
Heu pudet, & tanti sceleris mihi conscia mens est,
Dumque pudet, membris tegmina quæro meis.
Quin Deus ultor adest, Nemesisque fatigat euntem,
Dum fugio, tacito me pede pœna premit.
Quæ latebras mihi tesqua dabunt? quo noxia vertam
Lumina? quæ vultus nox teget atra meos?
Cor tremit, occultusque quatit præcordia lictor
Et mea perpetuus pectora tortor habet.
Ante oculos Styx ipsa subit, manesque profundi,
Quasque nocens potui promeruisse neces.
Præcipitat mors sæva gradum: gladioque coruscans
Arcet vivifico limine dextra reum.
Sic perii peccans, & rupto fœdere mundi
Irruit in fontes terra polusque duos:
Ipsaque posteritas fatis innexa parentum
Flagitio debet velle perire meo.

Non male feret lector hoc unum speciminis loco adductum ex pluribus sacrarum ejuscemodi ethopœiarum exemplis, quæ eidem Barlæi venæ debemus, & in ejus poëmatis sunt obvia, ut oratio Caini, occiso fratre Abele: Noachi ad mundum diluvio periturum: Abrahami e Chaldæa abeuntis: Ejusdem filium Isaacum immolaturi Oratio. Josephi ad uxorem Potipharis. Ejusdem fratres in Ægypto agnoscentis. Oratio Jephtæ filiam immolaturi. Epistola Ammonis ad Thamaram sororem Thamaræque ad Ammonem responsio. Jobi querelæ. Oratio Danielis in lacum leonum detrusi. Judithæ e castris Assyriorum reducis, interfecto Holoferne. Matris septem filiorum sub Antiocho interfectorum, & Rachelis cæsos ab Herode infantes complorantis.

XI. Locus in quem Adamus e paradiso in exilium abiit.

Vir Clarissimus *Justus Gotofredus Rabner* in amœnitatibus historico-philologicis, Lipsiæ A. 1695. 8. editis p. 340.

Pœnitentiam egisse Adamum, inter omnium religionum Theologos tam in confesso est, ut, qui secus statuat, nominare possimus neminem. De tempore, modo, & loco non nihil variant, qui opinionum suarum nubes pro Junone amplexari solent. Quis enim Cedrenum ferat nescio unde tradentem, sexcentesimo demum ætatis

ætatis anno id factum esse. Forte longius spatium in Paradiso illi indulget, quod tamen ipse alio loco ultra seculum extendere non est ausus. Mihi quidem dubium non est, quin primis statim exilii sui diebus cœperit deplorare infelicitatem suam. Æger enim animo & corpore tum denique miser cœpit intelligere bona, quæ amiserat, præsentemque calamitatem cum pristina beatitate conferre. Accessit recens de nascituro Messia promissio, quæ sane otiosa diu apud eum non fuit. Modum si spectes, inepte delirant more suo Talmudistæ, quorum verba si adduxerimus, operam perderemus & oleum. Summa huc evadit: In jejunio mansisse Adamum per CXXX. annos; ab uxore separatum vixisse totidem: æquali spatio ficulneum cingulum aptasse sibi, & denique in Gangem ingressum ad collum usque septem diebus supplicasse, ut DEUS veniam sibi peccatorum indulgeret.

Sed relinquamus hæc suis autoribus, & de loco exilii dispiciamus nonnihil, quantum in his tenebris licet, quæ vel perspicaciſſimum quemque νυκτίλωπα fecerint. Res enim gesta antiquitate sui ad primordia usque nascentis mundi ascendit. Sequamur tamen qualemcunque umbram luce vera destituti. Evolventes autem monumenta veterum recentiorumque literaria, deprehendimus tria imprimis habitacula Adami nominari, Indiam orientalem, Zeilon insulam, & Damasci confinia, ut vere æstimantibus videantur metatores isti studio

loca secuti etiam post diluvium delicatissima. Et pro India quidem Samuel Andreæ Histor. Professs. in Academia Marpurgensi in disputatione de sepulcro Adami 1679 publicata, in hunc fere argumentatur modum: Paradisum, unde ejectus Adamus, inter Euphratem & Tigrim in Mesopotamia collocandum. Hoc concesso custodem Angelum ait positum in porta seu aditu Paradisi orientali (id enim vocem Ebræam מקרם notare) unde primus parens ejectus erat, ne per eandem forte rediret. Ergo verisimile esse in India orientali habitasse Adamum expulsum, ac sepultum esse. Enim vero licet hæc omnia liberaliter largiamur, nondum tamen pro Indis quid conficitur. Vicinior enim ex eodem latere Susiana, cum tota Persida & Caramania, quæ hodieque Patriarcharum sepulcra, qua fide non dico, ostentat. India autem, præsertim quæ ad promontorium Comorinum & Zeilanam Insulam spectat, ad Austrum nimis descendit.

De Zeilanis mira sunt, quæ traduntur a Vartomanno *lib.* 6. *cap.* 4. Mandeslojo *lib.* 2. *Itiner. cap.* 12. *pag.* 145. Spielbergio *part.* 2. *pag.* 37. Verhufio *part.* 9. *pag.* 31. aliisque quam multis. Dies laberetur, priusquam omnium verba appingerem. Sufficerit igitur summam ex omnibus confeciisse in hunc fere sensum: Mons est in Insula Zeilon totius Indiæ, ut ferunt, altissimus, quem Lusitani Pico del Adamo appellarunt incolarum fabulas secuti. In hoc specus quædam, cujus in recessu Arabes cum Indis constan-

constanter tradunt Adamum fletu ac continentia culpam redemisse. Ostenditur etiam lacus quispiam parvus falsæ naturæ, qui ortus sit ex lacrymis Evæ Abelem occisum deflentis. Magna insuper religione ab advenis visuntur vestigia Adami, de quibus non possum pati, quin adducam verba Hermanni Bree *part.* 8. *Indiæ Orientalis pag.* 74.

Die Holländer haben in der Stadt Candy Götzen gesehen von fünf oder sechs Klaffrern hoch, wohl geproportioniret, und künstlich gemacht, die sie hielten gemacht zu seyn nach der Grösse von Adam, sintemahl die Länge und Breite der Füsse gantz und gar übereinkommen mit den Fußstapffen von Adam, welche der König von einem Berge, so nicht weit davon gelegen, in die Stadt hat bringen lassen; seyn achthalb Spannen lang, und drey und eine halbe breit. Sie sagen, es seyn die Fußstapffen des ersten Menschen.

Quæ de simiæ dente auro, gemmisque ornato in eodem monte sanctissima religione culto alii tradunt, adducere piget. Sed narratores Indi plerumque fabulam suam corrumpunt, quod credi volunt, Adamum in eadem insula creatum, in eadem Paradisum fuisse. Hæc enim cum sacris literis adversariam exercent, quæ natales ejus extra Paradisum ponunt, ex eodem ob noxam expulsum diserte asserunt. Et si tam procul a Paradiso recessit ille, quid opus erat terriculamento flammantis gladii? Ingentia etiam spatia conficienda erant exuli, ingentes fluvii trajiciendi, priusquam in hanc Indiæ

partem perveniret, quod in illa rudis ſæculi infantia pontonibus, cymbis, ratibus deſtituta factum fuiſſe vero diſſimile videtur. Nec opus erat tam longinqua ſectari exilia, cum propiorum copia abunde ſuppeteret.

Supereſt tertia de Damaſco opinio, quæ & plures & Chriſtianos autores habet. Familiam ducit Epiphanius, quem ſequuntur recentiorum plerique Frater Brocardus, Breidenbachius, Felix Fabri, Gotoſredus Viterbienſis, Monteville, & qui non? Sed & horum mentem compendio tradere minus tædioſum fuerit. Vetuſtiſſima nempe traditio eſt, primum hominem ex rubra agri Damaſceni argilla formatum, unde & a rubedine nomen obtinuerit. Res eo evadit. Ager Damaſcenus habet argillam rubram in modum ceræ flexilem. Hæc camelis in Indiam, Ægyptum, Æthiopiam magna copia exportatur, quod credunt comeſtam maximi in medicina uſus eſſe, nec defatigari, aut ceſpitare, qui hanc ſecum geſtent, & quicquid decerpatur terræ, quotannis renaſci. Monſtratur adventoribus ſpelunca, quæ ad Auſtrum patet, in qua luxerint ærumnoſi parentes Abelis interitum, nec minus locus cædis factæ. Inſulſus vero ſim, ſi in his fabulandi licentiam, futurasque nugarum exſtantiores etiam clauſis oculis digito exploratore non deprehendam. Plura certe transſcribo, quam credo. Separanda tamen & diſſuenda illa næniarum aſſumenta a textu probabilis veritatis, quæ non obſcure

ſcure vires accipit ex loco *Gen.* III. 14. Ibi enim divinus Hiſtoricus habet: Adamum ex Paradiſo emiſſum, ut coleret terram illam, qua ſumtus eſt exinde, uti verba emphatica ſonant. Damaſcenam autem fuiſſe ſupra audivimus. Nec ignoro γενικῶς hæc explicari poſſe de qualibet terra cujuscunque loci. Sed nihil quoque impedit, quo minus εἰδικῶς accipiatur, quod ה emphaticum in האדמה ſuadere videtur. Jam quis mihi cogitet parvum iſtud intervallum ab Euphrate ad radices Libani, ubi Damaſcus, & nullus omnino trajectus alicujus fluvii, & noſtram opinionem majorem habere veri ſimilitudinem non diffitebitur. Non exiguum quoque robur accedit, quod Cain poſt cædem fratris *Gen.* IV. 16. dicitur abiiſſe in terram Nod, (id eſt exilii) quæ verſus orientem trans Paradiſum ſita erat. Si enim Adam eandem plagam exul occupavit, quomodo Cain diſceſſiſſe dicitur? Credibilius eſt longe in diverſa abiiſſe fugientem conſpectum DEI, id eſt Eccleſiæ Adamiticæ, uti plerique interpretantur. Neque tamen in Indiam usque fratricidam relegaverim, ubi Alexandro M. liber Juchaſin refert neſcio cujus Cainanis ſepulcrum eſſe monſtratum. Neque ad Libanum propius admoverim, ubi autor Hiſtoriæ Scholaſticæ, & ex eo Nauclerus urbem Enos collocat. In tranſtigritanis regionibus videtur illa fuiſſe condita, ut recte judicat Hornius ad Sulpitium, & Paradiſus inter utrosque primum fuiſſe medius. Labentibus autem ſæculis connubiis Sethianos cum

Cainitis mixtos esse sacræ Pandectæ referunt. Adderem fabulas de cadavere Protoplasti in arcam Noæ translato, & in Hebrone postea seu spelunca duplici, aut in monte Golgatha, aut prope Mecham, ut Arabes credunt, sepulti, si quicquam ad rem nostram facerent.

XII. Canticum S. Michaëlis & bonorum Angelorum post Luciferum & malos Angelos cœlo dejectos.

Ad T. 1. pag. 26.

Ex B. Amadæi revelationibus, & Jo. Eusebio Nierembergio de Origine S. Scripturæ VII. pag. 195.

Magnificemus DEUM nostrum; & exaltemus nomen sanctum ejus. Ipse est DEUS noster, glorificemus eum. Dominus noster est, exaltemus eum. Dextera ejus magnificata est in fortitudine, dejecit adversarios nostros, stulti sunt omnes, qui repugnant ei. Maledicti qui declinant a Mandatis suis. In ipso non cadit ignorantia, nec error; in voluntate ejus nulla est iniquitas; quæcumque voluerit, bona sunt, & justa; quæcunque mandaverit, recta sunt & sancta. Majus bonum juste tribuit minori, & minus recte majori: non semper dantur majora majoribus, & minora minoribus. Primus intellectus errare nequit: Optimus male velle non potest; primo nihil est prius, optimo nihil est melius. Tribuit

buit unicuique ut sibi placet, uni magis quam alteri nil debet: ille solus apud eum est dignus, quem ipse fecerit dignum. Super omnia est diligendus, & tanquam Rex sæculorum immortalis adorandus. DEUM, qui vos condidit dereliquistis, & obliti estis Domini Creatoris vestri. Dereliquistis DEUM Salvatorem vestrum, & recessistis a DEO Salvatori vestro. Vos magis quam DEUM amastis, ipso inuito Dii esse voluistis. Commutationem iniquam feciſtis; relicto DEO, creaturæ adhæsistis. Provocastis DEUM in Diis falsis, pium ad iracundiam incitastis. Ideo tanquam lapis descendistis, & de sedibus altis cecidistis. Date magnitudinem DEO nostro, perfecta sunt ejus opera, & justa judicia. DEUS optimus est, & sine ulla iniquitate sanctus, & rectus Dominus. Omnia conjunguntur in uno, posuit omnia in homine DEO. Amor summus ita voluit, dispersa ipse congregavit; plenus est DEUS omnibus, & plena sunt omnia DEO. Non est mirum si assumpserit hominem, & assumere noluit Angelum. Homine assumpto assumpsit omnia, Angelo assumpto non assumpsisset omnia. Quam magnificata opera tua DEUS! omnia sapientissime feciſti. Adorate eum omnes Angeli ejus. Benedicite Potestates, & Virtutes. Benedicite Angeli Dominum DEUM hominem, Ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus. Benedicite Genetrici ejus. Suscipite homines ut fratres vestros. Sit gloria DEO Trino in sæculum sæculi, lætemur in operibus ejus.

XIII.

XIII. Sepher Raziel.

ad T. 1. p. 27.

Liber ille editus Amstelod. 1701. 4. de quo eruditiss. Wolfius in Bibl. Hebraic. Tom. 1. pag. 111. seq. & Frid. Jac. Reimmannus in Histor. Theologiæ Judæorum, edita Germanice pag. 353.

XIV. Talmudici apud Buxt.

pag. 2090. *Lex. Talmudic.*

Septem homines universum mundum volvunt: Adam, Mathusalah, Sem, Jacob, Amram, Abajah & Elias.

XV. Adam an Monarcha?

Serio ante annos aliquot certatum hoc de argumento ab celebribus inter Anglos viris, utrum communis parens generis humani, idem etiam principem absolutæ potestatis atque regem in posteros suos omnes se gesserit. Affirmarunt hoc Leslyus, & Rob. Filmerus: Negarunt argumentis variis ac non contemnendis contra Filmerum quidem Jo. Lockius: contra Leslyum, Benjamin Hoadly, Episcopus postea Bangorensis. Vide Diarium Londinense (History of the works of the learned) A. 1709. p. 742. seq.

XVI.

XVI. Liber Adami & Joannis Baptistæ, apud Sabios.

Ad T. 1. p. 28.

De Sabiis hisce insignis exstat diatriba *Engelberti Kæmpferi* in amœnitatibus ejus exoticis, libro pulcherrimis referto observationibus p. 437. seq. Hic Sabaitas sive Sabios dictos putat ab Arabico vocabulo *Sabaa*, exivit, deflexit, religionem deseruit: idque nomen Joannitis sive Christianis S. Joannis ait esse inditum a Mohammede. De eorum lingua & libris, inter quos *liber Adam*, & alius *liber Joannis Baptistæ:* & quid de creatione Mundi & aliis capitibus doctrinæ probent, exponit p. 442. seq. Quid de Joanne Baptista, quem imprimis venerantur, pag. 444. de Baptismo item p. 447. Memorat etiam p. 454. *Francisci Ignatii*, Carmelitani librum, sed haud visum ipsi, quo Sabbæorum religionem & sacra descripserit. Exstat præterea *Angeli a S. Josepho* (*) diss. de religione Sabiorum, qui reliquias eos veterum Gnosticorum esse disputat. Minus etiam credibile, quod *Georgius Ernestus Stahlius* (**) in opusculo Chymico Physico Medico Sabios eosdem esse putat cum Sabæis Abyssinis.

XVII.

(*) Mem. de Trev. 1710. pag. 980.
(**) Mem. de Trev. 1716. pag. 1696.

XVII. Adami vestigia in Insula Zeylan.

Ad T. I. p. 30. & 56.

MONS PICO DE ADAM, PONS ADAMI.

Tho. Hyde ad itinera Mundi, Abrahami Peritsol. pag. 26.

Celsissimus mons in Insula Zeylan sive Taprobana vocatur incolis *Hamalel*, Italis *Pico de Adam*, Belgis *Adams Berg* seu *Mons Adam*: (*) Incolæ enim Adamum e cœlo seu Paradiso cœlesti lapsum in hunc montem cecidisse credunt, ibique pedis sui vestigium satis grande in hunc usque diem visendum manere. Quod itaque vestigium incolæ quotannis solenniter & religiose visitant coluntque. Sic Samarita Genes. VIII. 4. tradit Noæ Arcam requievisse super montem τῆς Serandib sive Zeylan.

Daniel Parthey in der Ost-Indianischen und Persianischen neunjährigen Reise-Beschreibung, Nürnberg 1698. 12. p 76. sq.

Den 14. Maj. kamen wir an den Berg Adams Pick, woselbst wir viel Pilgram antraffen, die daselbst unterschiedliche Opfer, als Tobac, Pinang, Oel in die daselbst hangende Lampen, klein in Indien geschlagenes Geld, und allerhand Landes-Früchte ablegten.

Der

(*) Cornel. de Bruins Reizen A. 1711. pag. 354. Europe savante 1719. Aout pag. 225. seq.

Der Berg, wo Adam und seine 7 Söhne in Stein ausgehauen, oder, wie die Einwohner dafür halten, unter diesen Steinen begraben liegen sollen, hat eine solche Höhe, daß man zwey Stunden zu gehen hat, ehe man hinauf kömmt. Oben sind auf beiden Seiten Ketten angemacht, daß man sich im Hinaufgehen daran anhalten kan. Die Länge des Adams betreffend, ist solche 18 Ellen: dessen Finger 3 viertel Ellen, die Nägel 1 viertel Ellen; die Füsse 1 und eine halbe Elle. Gedachter Adam nun lieget mit seinen Söhnen zu oberst auf dem Berg in einer Höhle als in einem Gewölbe, und brennen wol über 100 Lampen darin; so sind auch viel wunderliche Characteres und Figuren, nebst einer auf dem Grabstein ausgehauenen Schrifft, welche aber noch zur Zeit niemand lesen können, zu sehen.

Garcia ab Horto in Historia Aromatum Indiæ pag. 67.

Fabulantur Indi in insula Zeylan (*) *esse Elysios campos*, & in excelso qui istic est monte, quem rostrum sive acumen Adami vocant, pedum Adami vestigia apparere.

Ludovicus Romanus lib. 6. navigationis c. 4.

Memorant incolæ insulæ Zeilam divum Adam post lapsum illic fletu ac continentia pœnitudine ductum culpam redemisse. Id assequuntur ea conjectura, quod Parentis adhuc visunt impressa pedum vestigia, longitudine geminum palmum excedentia.

Phi-

(*) *Fuisse Paradisum.*

Philippus Baldæus in Beschreibung von *Malabar*, *Amst.* 1672. *fol. pag.* 147.

Von hier kommt man zur Adams-Brücken, welche bis an Manaar laufft, und ist nichts anders, als, dann Sand, Untieffen, und hie und da Klippen; an etlichen Orten, nachdem es die Zeit vom Jahr ist, kan man mit kleinen Fahrzeugen dadurch gelangen. In der Beschreibung Zeylon wird auch von dieser Brücken wie ingleichen von Adams Berg gemeldet werden. Es ist gewiß, daß nicht allein bey den Cingalesen von Adam viel gesaget wird, sondern auch bey den Siammern selbst: Dann sie weisen allda den Fußtritt von Adam, oder dem ersten Menschen, auf einem Felsen oder Berg von Stein, und ist derselbe Fuß anderthalb Ellen lang und ein viertel breit, und stehet in einem Stein ausgedruckt, als ob jemand in weiche Erde getreten hätte; die Fußsohle ist eine halbe Elle tief, und am Rande herum mit Silber beschlagen. Hierbey stehet ein schöner Tempel gebauet, und wohnen daherum viel Siammische Priester, und andere Völcker dessen Landes. Unsere Niederländer haben im Martio 1654. (mit Vergönstigung der Majestät) diesen Fuß besichtiget. Die Priester zeigten ihnen eine güldene Plate, von der Länge und Breite wie Adams Fuß, worauf unterschiedliche Figuren stunden, und sagten, daß sie zuvor in dem Fuß gestanden wären; nachdem sie aber von den Priestern in das Gold gegraben worden, solten die andern verschwunden seyn. Dieser Figuren waren in allem 68, welche ihnen erkläret, und verdolmetschet wurden aus der Siamschen Priester Sprache. Es ziehen

ein

ein Haufen Menschen, ja bey tausenden, nicht allein aus der Hauptstadt India, sondern von allen Orten umher, mit Weib und Kindern, hiernach zu, und bleiben wol drey oder vier Tage da. Die Siammer glauben, wann in die Höle dieses heiligen Fusses Wasser gethan und davon ein wenig auf das Haupt gegossen wird, daß sie dadurch Ablaß der Sünden bekommen, auch wird dis Wasser niemand geweigert. Ehe man in dem Tempel erscheinet, so zündet man 10 oder 12 Wachskerzen an, jedweder nach seinem Vermögen, so daß der Kerzen bey tausenden in und ausser dem Tempel brennen; als man wiederum heimkehret, bringet ein jeder 2 oder 3 Bambusriete mit sich, diese sind mit dem heiligen Wasser gefüllet, und gehen in etliche Bambusen 2, auch wol 4 Kannen Wassers, damit diejenigen, so daheim geblieben, desfalls kein Gebrech haben mögten. Ehe diese des Wassers auf ihr Haupt schütten, thun sie grosse Ehrerbietigkeit nach der Weise des Landes. Die Majestät selbst gebraucht dieses Wassers zum Ablaß der Sünden, und im Februario, wann der Mond voll ist und die ganze Nacht durchscheint, gehet der König mit allen seinen Mandarinen und Grossen dis Heiligthum zu besuchen, des Abends erlustiget man sich mit spielen, trinken und tanzen. Die Figuren, so vorzeiten in Adams Fuß gestanden, waren diese: "1. Eine Pieck. 2. Eine Königin mit einem Ring am "Finger. 3. Etliche Rosen. 4. Eine Kette. 5. Ein "Arm. 6. Ein gülden Bette. 7. Ein güldner Stuhl. "8. Ein Elephantshaak. 9. Ein Königl. Pallast. "10. Ein gülden Wehrengehänk. 11. Sombreiros

"oder Sonnenschirme. 12. Ein Königlicher Hauer. "13. Ein Weber von einem Terri-Baum gemacht. "14. Ein Weber aus einem Pfauenschwanz ge- "macht. 15. Eine Königliche Krone. 16. Ein ei- "serner Priesters-Betteltopf. 17. Eine Kette von "Edelgesteinen. 18. Eine rothe Seeblume. 19. "Eine weisse dergleichen. 20. Eine doppelte rothe. "21. Eine weisse Seeblume, daran das Herz schwarz. "22. Eine doppelte weisse. 23. Ein Trinkgeschirr "voll Wassers. 24. Ein grosser Scherben voll "Wassers. 25. Das Meer. 26. Die Welt. 27. "Ein Wald ausserhalb der Welt, welches das Feg- "feuer der Siammer. 28. Der gröste Berg in der "Welt. 29. Die Sonne. 30. Der Mond. 31. "Der Abendstern. 32. Der oberste Gott des Him- "mels. 33. Der Gott der vier Winde. 34. 2000 "Diener der vier Winde. 35. Eine Meerschnecke. "36. Ein Paar güldene Fischlein. 37. Sieben "Hauptflüsse oder Mutterströme. 38. Sieben Ber- "ge mit allerley Gesteinen. 39. Sieben Königl. "Weiher. 40. Der König der Thiere. 41. Der "König der Caimans oder Krokodile. 42. Eine "Fahne. 43. Ein papieren Fähnlein. 44. Ein "Tragsessel oder Sänfte. 45. Ein Weber mit ei- "nem langen Stiel. 46. Ein Berg auf einer In- "sel. 47. Der König der Schlangen. 48. Der "König der Tiger. 49. Ein springend Pferd. 50. "Ein rother Elephant. 51. Ein weisser. 52. Eine "Wasserschlange. 53. Ein Casuarius. (welches "ein Thier von Grösse und Ansehen einem Strauß "nicht ungleich.) 54. Ein König der weissen Kühe.

55.

"55. Ein Elephant mit drey Häuptern und drey "Schwänzen. 56. Eine Schlange. 57. Ein gul- "den Schiff. 58. Ein Engel. 59. Eine Kuh mit "ihrem saugenden Kalbe. 60. Ein Menschvogel. "(halb Mensch, halb Vogel.) 61. Ein Frauenbild "dergleichen. 62. Ein singender Vogel. 63. Der "König der Pfauen. 64. Der König der Krani- "che. 65. Ein Vogel Krapat genannt. 66. Der "Vogel Kuyshit. 67. Sechs Himmel. 68. "Sechszehnerley Himmel.

Diese vorermeldte Adams-Brücke lauffet bis an Tellemanaar, welches die äusserste Ecke von Manaar, von welcher Insel wir in der Beschreibung Zeylon handeln werden.

Idem Beschreibung der Insel *Zeylon.* *pag.* 415.

Es ist allda ein hoher spitziger Berg, welchen man für den höchsten in ganz India hält, Pico de Adam genannt, die Einwohner glauben, daß daselbst das Paradies gewesen und Adam erschaffen worden, wie sie dann vorgeben, daß allda noch Adams Fußstapfen tief in Stein ausgedruckt zu finden seyn. Nach diesem Berge gehen viel Zingalesen wallfahrten, um besagte Fußstapfen zu sehen, wovon das Maaß in Candy bey dem Kayser in Verwahrung gehalten wird. Es kömmt oftmals viel Volks von hundert Meilen und weiter anher gereiset, dis vermeynte Heiligthum zu besichtigen. Der Berg ist sehr beschwerlich hinauf zu steigen, und, wie der Jesuit Maffæus sagt, anders nicht als mit eisernen Ketten und eingeschla-

geschlagenen Nägeln zu erklettern. Etliche sagen, daß allda der Kämmerling der Königin Candace von Mohrenland geehret werde, von welchem einige Geschichtschreiber, und insonderheit Dorotheus, Bischoff zu Tyro, (welcher unter Constantino dem Grossen wegen Heiligkeit und Gelehrtheit sonderlich berühmt war) wollen, daß er in Arabia Felice, Erythræa und Taprobana das Evangelium von JEsu solle gelehret haben.

Et pag. 374.

Wir wollen dann etwas reden von der Insel Manaar, welche vor Zeiten dem festen Lande anfügig gewesen: immassen die Truckene, so man Adamsbrücke nennet, solches klärlich ausweiset, und lieget zunächst daran die Insul Rammana-kojel, allwo eine berühmte und reiche Pagode stehet, so unter den Teuver gehöret, der allda dicht bey der festen Küste eine Festung hat. Man kan bey guter Jahreszeit mit kleinen Fahrzeugen durch einige Löcher der Adamsbrücken durchfahren, wie ich einmal gethan habe.

XVIII. Poma Adami, Ficus Adamæa.

Martinus Cruſius Turco Græcia p. 232.

Musti sind Adamsäpfel, süsser denn Feigen. Schneide darein ein Schnitzlein wie du willt, so siehest du in dem Schnitzlein ein Crucifix. Solcher Bäume sind viel da (zu Alexandria) und auch zu Cair. Haben Blätter funfzehn oder sechszehn Schuh lang und zweene breit. Die Aepfel wachsen Trauben-

Traubenweise, βοτρυδόν, darauf etwa zehn, funfzehn oder zwanzig an einer Traube. Hæc, ut videtur, est *ficus Adamæa*, quam Fabricius Peireskius interpretatus est de genere racemorum, quos exploratores Israelitarum ex terra Chananæa retulerunt. Vide Gassendum in Peireskii vita lib. IV. ad A. 1630.

XIX. Adami sepultura.

Tom. I. p. 49.

Mich. Glycas pag. 120. Annal.

Ὁ μέγας Ἐπιφάνιος ἐν τοῖς παναρείοις, ὡσαύτως καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῇ εἰς τὸν προφήτην Ησαΐαν ἑρμηνείᾳ λέγει ἄγραφον παράδοσιν προϊσχέσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ περὶ τοῦ Ἀδὰμ ὡς εὐθὺς μετὰ τὸ ἐκβληθῆναι τοῦ παραδείσου εἰς τὴν Ιουδαίαν ἐλθεῖν χάριν παρηγορίαν

Magnus Epiphanius a) in Panariis & magnus Basilius b) in Esaiæ Vatis enarratione tradunt traditionem quandam non scriptam in Ecclesia retineri, Adamum de Paradiso ejectum mox in Judæam perveniisse, quo damni facti solatium aliquod haberet. Nam ejus terræ solum pingue c) sacris in lit-

a) Epiphan. hæresi XLVI.

b) Basilius in Esaiæ V. 1. Ambrosius in Luc. XXIII. His Tertulliani, Origenis, Athanasii, Hieronymi, Nonni Poëtæ, Germani Patriarchæ CPol. & Arnoldi Bonavillarienſis Abbatis testimonia adjungit V. C. Martinus Hankius programmate XVIII. p. 280 sq.

c) Gen. XLIX. 15. Num. XIII. 21. Nehem. IX. 25.

ας ὧν ἀπώλεσεν. Αὕτη καὶ γὰρ γῆ πίων καλεῖται. ἐκεῖσε λοιπὸν ἐν διατρίβει, ἐκεῖσε καὶ τέθαπται. Θέαμα οὖν ἐδόκει τοῖς ὁρῶσιν ἡ ἐκείνου κεφαλὴ τῆς σαρκὸς διαῤῥυείσης. ὅτι καὶ πρῶτον ἐκεῖνον Ιουδαία νεκρὸν ἐδέξατο. ἐν τόπῳ λοιπόν τινι καταθέμενοι τὸ τοιοῦτον κρανίον, τόπον κρανίου τὸν τόπον ἐκεῖνον ὠνόμασαν, ἐκεῖσε οὖν σταυροῦται ὁ Κύριος, ἵνα διὰ ξύλου ζωώσῃ τὸν διὰ ξύλου σχόντα τὴν νέκρωσιν. Φλυαροῦσι λοιπὸν οἱ Τατιανοὶ, μὴ σωθῆναι τὴν Αδὰμ λέγοντες. περὶ μέντοι οὗ ἐλθεῖν τὴν Αδὰμ ἐν γῇ τῇ Ιουδαίᾳ, κἀκεῖσε τἀφῆναι, διαλαμβάνει ὁ Ιώσηππος

teris appellatur, in qua deinceps cum vixisset, ibidem quoque sepultus fuit. Et videbatur ejus caput, ubi jam carnes defluxissent, mirum quoddam intuentibus esse spectaculum, præsertim cum Judæa primum omnium cadaver ipsius excepisset. Itaque loco quodam hac ipsius calvaria locum dixere, quo loco deinceps in crucem Dominus agitur, ut in ligno eum restitueret vitæ, qui per lignum mortalitati factus fuerat obnoxius. Qua de causa nugas agere Tatianos d) est necesse, quum Adamum salutem consecutum negant. Eundem ceu diximus in Judæam delatrum ibidem terræ

ἀπὸ

d) Tatianum, Adami salutem negantem egregie confutat S. Irenæus lib. 3. c. 34. 35. 39.

ἀπὸ ἑβραϊκῆς ἱστορίας ἔτο μαθών. mandatum esse Josephus etiam de Hebraica perceptum historia e) memoriæ prodidit.

XX. Adami nomen.

ad T. I. p. 50.

Apud Arabes & Æthiopes, *Adami* nomen habet significationem suavitatis, perfectionis ac pulchritudinis. Vide B. D. Jo. Diecmanni scripta Germanice junctim edita, pag. 351. Postea a miseria homo dictus est *Enosch.* Apud Græcos vero Adami nomen primas litteras plagarum quatuor mundi in se complecti observatum est, de quo meminere etiam S. Augustinus enarratione Psalmi XCV. Honorius Augustodunensis lib. 1. de imagine mundi cap. 86. Amalarius Metensis Diaconus lib. 1. de officiis Eccles. cap. 7. aliique. Lepidum est, quod in mentem venit Joanni Prætorio:

Ut mundi partes designat quattuor Adam,
Sic Anni partes quattuor Heva *notat.*

Ἀνατολὴ,	Hiems.
Δύτις,	Æstas.
Ἄρκτος,	Ver.
Μεσημβρία.	Autumnus.

Aliud

e) Chronicon paschale de Adamo: ἔτος λέγεται ταφῆναι ἐν τῇ τῶν Ἱεροσολύμων γῇ, ὡς φασὶν Ἰώσηπος. Quoniam vero Adamum in lo-

Aliud mysterium in nomine Adami notatum a Judæis notat Philippus Baldæus descriptione Insulæ Zeylon pag. 406. Die Juden halten dafür, daß Adams seine Seele sey gerollet in den Leib Davids, und daß sie von da soll gewalzet werden in den Leib des Messias, (welchen sie armselige noch immerzu erwarten.) Und meynen diese blinden Leute noch darzu allerdings Recht zu haben, weil nehmlich das Wort ADAM, so in Hebräischer Sprache nur aus den dreyen Buchstaben A D M bestehet, so viel zu verstehen gebe als Adam, David, Messias. Aliud mysterium in nomine Adami non tam ipse reperit quam ab anterioribus majoribus suis inventum testatur idem Augustinus tractatu decimo in Evangelium S. Johannis caput secundum, ex quo hoc repetit Zacharias Chrysopolitanus in Harmonia Evangelica T. 19. Bibl. Patrum p. 865. Ait enim numerum XLVI. in literis nominis Adam secundum Græcos exstare. Templum autem Hierosolymitanum non perfectum ante XLVI. annos, & formam humani corporis in utero matris tot diebus perfici. Ita Christum de Adamo sumsisse templum corporis sui, & de quatuor partibus mundi sibi collegisse Ecclesiam. In Adami nomine jam corrupit mediam syllabam Tertullianus in Genesi:

Hic

eo Calvariæ, ubi Jesus sepultus fuit, conditum veteres sibi persuadebant, hinc non defuere qui Eph. V. 14. pro ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός *orietur tibi Christus*, legerunt ἐφάψεταί σε, *continget te.* Vide S. Hieronymum in hunc locum, & Danielis Whitby examen Variantium Lectionum Jo. Millii pag. 35.

Hic positus custos Adamus cum conjuge fida.

Jam iterum producit:

Ergo ubi conjugio sese jam fidus Adamus.

XXI. Adami statura.

In Catalogo MSS. Bibl. Segvierianæ sive Coislinianæ celeberrimus Montfauconus pag. 413. memorat ἐκ τῶν Ελπίου τοῦ Ῥωμαίου ἀρχαιολογουμένων ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας περὶ χαρακτήρων σωματικῶν. *Ex Elpii Romani antiquitatibus Ecclesiasticæ historiæ de characteribus corporeis,* historia apocrypha, ubi Adami, Prophetarum, Christi, Pauli & SS. Patrum forma & statura. Pro Elpio nescio an Ulpii vel aliud nomen reponem dum. Sed Talmudicorum gerras de Adami vægrandi corpore subjungere licebit ex Gemara Sanhedrin *) fol. 38. 2. *Raf Oschaia refert ex ore Raf, Adami primi corpus fuisse desumtum e Babel,* (unde Jarchius ait regionem istam profundiorem aliis regionibus) *caput e fundo Israelitico, membra sive manus & pedes e regionibus reliquis, denique nates ex Acra Agmæ secundam sententiam R. Achæ. Raf Juda tradit se a Raf accepisse, Adamum primum tanta statura fuisse conditum, ut pertigerit ab una extremitate mundi ad alteram, sicut dicitur* Deut. IV. 32. Inde a die quo creavit Deus hominem super terra, & inde ab extremitate cœlorum usque ad extremitatem illorum.

*) Vide celeberrimi Collegæ mei Georgii Elieseris Edzardi notas ad caput secundum Avoda sara pag. 530 seq. cujus versione hoc in loco usus sum.

lorum. *Quando autem in peccatum incidit, imposuisse Deum illi manum suam, atque imminuisse ipsum quemadmodum dicitur Psalm. CXXXIX.* 5. Ante & retro formasti me, & posuisti super me manum tuam. *R. Eleusar dicit, Adamum primum procero corpore pertigisse a terra usque ad expansum cœli, sicut dicitur Deut. IV.* 32. Inde a die quo creavit Deus hominem &c. *Quando autem peccavit, imposuisse Deum illi manum suam, atque imminuisse illum, quemadmodum dicitur Psal. CXXXIX.* 5. Ante & retro &c.

XXII. Adami Epitaphium.

Scriptum a Gabriele Alvaresio *Toletano, in Historia Ecclesiæ antediluvianæ Madrit* 1713. *fol. a me ex Hispanico versum latine.*

Hic jacet ad exiguum terræ redactus qui ut universæ terræ dominaretur ex paululo terræ formatus fuerat

A D A M U S

nullius hominis filius, pater omnium, omnibus vitricus & sibimet ipsi.

Lacrymarum infantilium ignarus totam vitam impendit planctui, quem ei injunxit pœnitentia.

Potens, sapiens, immortalis, justus doloso inobedientiæ pretio vendidit potentiam sapientiam, immortalitatem:

Abusus privilegio libertatis arbitrii, quod telum pro tuenda scientia pariter & gratia acceperat,

rat, uno ictu sibi & toti generi humano mortem intulit.

Omnipotens Judex qui pro justitia sua exegit ab eo rationem, eundem pro misericordia sua iterum in integrum restituit:

cujus bonitate factum est, ut felix jam dici possit illa culpa quæ talem ac tantum nacta est Redemtorem.

Prodesse hinc cœpit libertas arbitrii in miseria, quâ ille felici statu fuerat abusus.

Nam & nos funestæ hereditati peccati illius adscripti, si utile exemplum pœnitentiæ ejus sequamur, salutaribusque monitis aurem præbeamus: ut possumus sola voluntate nos perdere,

ita non nisi gratia Redemtoris, accedente nostra cooperatione * salvari possumus.

Vixit ut moreretur, primus hoc Adamus potuit.

Mortuus est ut resuscitetur, hoc secundo Adamo debet.

I, & prioris pœnitentiam imitare, secundi gratiam ac bonitatem celebra.

XXIII.

* *No podemos salvar nos sino con la gracia del Redentor, acompannada de nostra cooperacion.* Fidem appellat Scriptura, quam *cooperationem* Alvaresius.

XXII. CAINI & ABELIS sorores, CALMANA & LEBORA.

ad Tom. I. pag. 109.

Methodius Patriarcha CPolitanus, qui A. C. 846. obiit, libro περὶ τῆς ἀπὸ ζυγάσεως κόσμε ζυμβάντων καὶ τῶν μελλόντων ζυμβαίνειν εἰς τὸ ἔξης. T. 1. Orthodoxograph. edit. A. 1569. pag. 93.

Ἐξελθόντες δέ, τε Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα ἡ γυνὴ αὐτε ἐκ τε παραδείσε, παρθένοι ἐτύγχανον. ἔτη δὲ τῷ τριακοστῷ, χρόνῳ τε τε παραδείσε ἐξοδίας αὐτῶν, ἔτεκεν τὸν πρωτότοκον υἱὸν αὐτῶν Καΐν, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτε * ΚΑΛΗΜΕΡΑΝ. καὶ μετὰ ἔτη τριάκοντα ἐγέννησαν τὸν ἀδελφὸν αὐτῶν Ἄβελ, σὺν ** ΛΕΒΟΡᾳ τῇ ἀδελφῇ αὐτε. Τῷ δὲ ἑκατοστῷ

Egressi Adamus & Eva uxor ejus ex Paradiso, virgines fuerunt. Anno autem trigesimo a tempore exilii eorum paradisiaci genuerunt primogenitum filium suum Cainum, sororemque ejus CALEMERAM. Et post annos triginta fratrem illorum genuerunt Abelem cum sorore ejus LEBORA.

* Latinus Methodii revelationum interpres CALMANAM. Sed Euthymius in panopiia, ubi de Bogomilis. Τὴν δὲ Ἰαχέως ὠδινήσασαν ἀποχωνῆσαι τὸν Καὶν ἐκ τε συνεστίας τε Σαλαναὴλ, καὶ ἀδελφὴν δίδυμον ὁμοιότροπον, ὄνομα αὐτῇ ΚΑΩΜΕΝΑ. Latino interpreti corrupte COLONEA.

** al. DEBBORA.

τοςῷ τριακοςῷ ἔτει τῆς ζωῆς αὐτοῦ Αδὰμ, ἀπέκτεινε Καὶν Αβὲλ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. καὶ ἐποίησαν κοπετὸν ὅ, τε Αδὰμ καὶ ἡ Ἕυα ἔτη ρ΄. τῷ δὲ διακοσιοςῷ ἔτει καὶ τριακοσιοςῷ τῆς πρώτης χιλιοτερίδος, ἥτις ἐςὶν ὁ πρῶτος αἰὼν, ἐγεννήθη ὁ Σήθ.

Centesimo & trigesimo vitæ Adami anno Cainus interfecit fratrem suum Abelem, quem Adamus & Eva luxerunt per annos centum. Anno ducentesimo & trigesimo, primi millenarii sive primi æonis, natus fuit Sethus.

XXIII. Abelis canis & sepultura.

Pirke R. Elieser cap. 21.

R. Josi ait: Kain & Abel fuerunt gemelli, juxta illud: a) *Concepit, & peperit Cain.* Illa eadem hora perrexit parere, prout dicitur: *Et rursum peperit.* Cain autem delectatus est colendo terram, ad sementum faciendum; Abel vero amavit pascere gregem. Hic dedit ex opificio suo cibum illi, iste rursus alimentum subministrabat huic ex suo opere. Advenit autem dies festivus paschatis, & dixit Adam filiis suis: *Hac nocte oblaturi sunt Israelitæ sacrificia paschatum; offerte vos quoque coram Creatore vestro.* Attulit Kain viles reliquias cibi sui semen lini; sed Abel adduxit ex primitiis gregis sui atque adipe ovium, quarum lana non erat detonsa. Abomi-

a) Gen. IV. 1. Ibid. v. 2.

Abominabilis fuit oblatio Caini; delectatus vero fuit Deus sacrificio Abelis, prout dicitur: b) *Respexit Dominus ad Abel, & munus ejus.*

R. Josua filius Karcha inquit: Dixit Sanctus benedictus. *Ne commiscetur in æternum oblatio Caini & Abelis. Absit hoc, ne quidem in textura vestis,* quia dicitur: c) *Ne induito vestimentum ex lana & lino contextum &c.* Etiam putridum vel corruptum ne adscendat super te, juxta illud: d) *Vestis ex lana & lino varie contexta ne ascendat super te.*

R. Tzadock ait: Invidia & vehemens odium intravit cor Kaini, eo quod grata fuerat oblatio Abelis, & cum uxor gemella ejus non amplius pulchra esset inter fœminas, dixit: *Interficiam fratrem meum Abelem, & sumam uxorem ejus,* juxta illud: e) *Et dixit Cain ad Abelem fratrem suum; atque evenit cum essent in agro.* Non in agro, sed cum uxore, quæ similis est agro, sicuti dicitur: f) *Homo enim arbor agri.* Accepit lapidem, & impegit in frontem Abelis, juxta illud: g) *Insurgens Cain in Abelem fratrem suum, interfecit eum.*

R. Johannes inquit: Nescivit Cain, abscondita esse coram Deo manifesta. Sustulit is cadaver fratris sui, defodit atque abscondidit sub terra. Dixit illi Deus: *Ubi est frater tuus Abel?* Respondit coram Domino mundi: *Custodit agrum & vineam. Constituisti me custodem fratris*

b) Gen. IV. 4. c) Deut. XXII. 2. d) Lev. XIX. 19.
e) Gen. IV. 8. f) Deut. XX. 19. g) Gen. IV. 8.

tris mei? Non constituisti me, juxta illud: h) *Nunquid ego sum custos fratris mei?* Dixit illi Sanctus ben. i) *Nonne occidisti? Vox sanguinis fratris tui clamavit ad me.* Statim atque audivit Cain sermonem hunc, consternatus fuit, & maledixit sibi, ut esset vagabundus in terra propter effusionem sanguinis & malam necem. Dixit Cain ad Deum: *Major est iniquitas mea quam ut tollatur, nulla pro ea est expiatio;* & reputatus est illi hic sermo veluti resipiscentia, prout dicitur: k) *Iniquitas mea major est quam ut remittatur.* Neque amplius (quid restat,) quam ut surgat in terra frater, atque commemoret nomen tuum magnum, meque interficiat. Quid fecit Sanctus benedictus? Sumpsit literam unam e viginti duabus literis, quæ sunt in lege, atque inscripsit brachio Caini, prout dicitur: l) *Et posuit Dominus signum in Caino.*

Canis, qui custodiebat gregem Abelis, tutatus est illum adversus omnem feram agri & volucrem cœli. Considebant autem Adam & uxor ejus flentes & lugentes propter eum, & nesciebant quid faciendum esset Abeli, quia non assueti erant sepulturæ: Venit autem illuc corvus quidam, atque sumpsit quendam e sociis suis, quem in terra defodit & abscondidit coram illorum oculis. Dixit Adam: *Uti corvus iste, sic quoque faciam.* Illico sumpsit cadaver Abelis, defodit in terra, atque abscondidit. Rependit autem Sanctus ben. bonam mercedem corvis in hoc mundo. Quam vero mercedem retribuit illis?

h) Gen. IV, 9. i) v. 10. k) v. 13. l) v. 15.

illis? Quod, cum genuerint pullos suos, videntes eos esse albos, aufugiant ab illis, existimantes illos esse pullos serpentis, tum Sanctus ben. illis largiatur alimentum absque penuria: Et præterea, cum illi crocitant ad eum, ut pluviam det super terram, tum exaudit illos Sanctus ben. juxta illud: m) *Qui dat pecori pastum suum, pullis corvorum, qui* (ad) *eum clamant.*

XXIV. De CAINO varia.

ad Tom. I. p. 123.

De Caini peccatis septem, septuplicique eorum vindicatione meminere etiam Testamenta XII. Patriarchar. XII, 7. p. 735 sq. S. Basilius Epist. 317. T. 2. Opp. p. 1085. & Suidas in Κάϊν.

De signo Caini eandem quam T. 1. p. 115 sq. defendi sententiam erudite asseruit V. C. Joan. Cph. Ortlobius singulari quæ A. 1721. Lips. prodiit, dissertatione. Idem qui a Caino desperationis notam removendam esse contendit adversus Mich. Henr. Reinhardum, Rectorem Athenæi Hilperhusani, aliosque plurimos qui ex recepta sententia non dubitant Cainum despondisse animum, ut videre licet in venerandi D. Georg. Henr. Gœzii meletematis Annæbergensibus p. 1117 sq. atque B. D. Jo. Fechtii historia Caini & Abelis, Rost. 1708. 4.

De nomine Caini, de quo dixi quædam T. 1. p. 117. conferre juvabit Cotelerium T. 1. Patr. Apostol. p. 639. celeb. D. Joh. Andreæ Danzii, nomen Caini vindicatum Jen. 1682. & D. Joh.

m) Psal. CXLVII. 10.

Diec-

Diecmanni: τȣ̃ μακαρίτȣ ſcripta Germanice junctim excuſa pag. 354. ubi etiam de nomine Abelis, de quo dictum a me Tom. 1. p. 113 ſq.

Caini memoriam in Annalibus Sinenſium exſtare obſervavit Vir Clariſſ. Caſp. Abel, quem ſi placet vide in hiſtoria Monarchiarum Orbis antiqui pag. 33.

Ut totam hiſtoriam Moſaicam, ita res Caini etiam præclaris obſervationibus illuſtravit vir eloquentia præſtans & eruditione Jacobus Saurinus, cujus ſententiis tamen quod ad Caini vitam attinet, non per omnia ſubſcribunt Acta Eruditorum A. 1721. pag. 25.

Facta Caini ex principiis Juris prudentiæ naturalis dicutienda nuper ſuſcepit ſingulari diatriba V. C. Jo. Henr. Foppius. Bremæ 1716. 4.

XXV. Sethus Deus; Facies ejus ſplendida.

Anaſtaſius Sinaita in hodego pag. 269.

Ποιήσας ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ, κατ' εἰκόνα, καὶ ὁμοίωσιν Θεȣ̃, ἐνέθηκεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτȣ̃ διὰ τȣ̃ ἐμφυσήματος τὴν χάριν, καὶ ἔλλαμψιν, καὶ ἀκτῖνα τȣ̃ παναγίȣ Πνεύματος, εἶτα διὰ τῆς παρακοῆς, καὶ τῆς ἁμαρτίας ἀποσβεσθεί-

Cum Deus creaſſet Adamum ſecundum imaginem & ſimilitudinem ſuam, indidit in faciem ejus per ſpiraculum, gratiam & illuſtrationem, & Sancti Spiritus radium. Deinde hac gratia per peccatum & transgres-

σης τ τοιάυτης χάριτος· ἐκ δ προσώπου αὐτ, ἐγέννησε τ Καίν, ἐγέννησε τ Ἄβελ. μ δὲ τέτου, ἄκουσον τί φησὶν ἡ γραφή. Ἔζησε δὲ Ἀδὰμ ἔτη διακόσια καὶ τριάκοντα, καὶ ἐγέννησεν υἱόν, κ τὴν ἰδέαν αὐτ, καὶ κ τὴν εἰκόνα αὐτ, τ ἐστὶν, οἵαν εἶχεν ἀπ' ἀρχῆς, ὅτε γέγονεν ὑπὸ Θεοῦ εἰκόνα, καὶ ἔλαμψιν ἐπὶ τ προσώπου αὐτ, καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτ Σήθ, τ' ἐστὶν ἐξανάστασις. ἐπειδὴ εἶδεν ἐν αὐτῷ ἀνακαινισθεῖσαν τὴν ἀρχαίαν καὶ διάδοξον ἐκείνην ἐπὶ τ προσώπου μορφὴν, καὶ χάριν, καὶ ἔλλαμψιν τ παναγίου Πνεύματος, ἣν θεασάμενοι ἐπὶ τ προσώπου τ Σήθ, ἅπαντες οἱ κατ' ἐκεῖνον τ καιρὸν ἄνθρωποι, εὐθέως προσηγόρευσαν αὐτ θεόν. καὶ διὰ τ τοῦτο περὶ τ υἱῶν αὐτ εἶπεν ἡ γραφή. ὅτι

sionem exstincta, & ex vultu absterſa, genuit Cain & Abel. Poſt hoc audi, quid Scriptura dicat: Vixit Adam annos ducentos & triginta, & genuit filium ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, hoc eſt, qualem imaginem & ſplendorem ab initio in facie habuerat, quando a Deo creatus eſt: *Et vocavit nomen ejus Seth* (quod eſt, *reſurrectio*) quandoquidem animadvertebat veterem in illo faciei decorem, & admirabilem gratiam, formam, & nitorem Spiritus Sancti inſtauratum ac reparatum. Quem omnes, qui eo tempore vitam agebant, in facie Seth intuiti, e veſtigio illum nominarunt Deum; eaque de cauſa de filiis ejus dicit Scriptura: *Videntes filii Dei,* hoc

ἰδόντες

ἰδόντες οἱ υἱοὶ τοῦ θεοῦ. τοῦτ' ἐστὶν οἱ υἱοὶ Σὴθ, τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, τὰς ἐκ τοῦ γένους τοῦ Καΐν, ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας, μετεῖχον γὰρ καὶ αὐτοὶ τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἕως εἶπεν ὁ Θεὸς, ὅτι οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ Πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις. μέντοιγε ὁ Σὴθ ἐπὶ ἐννεακοσίους πέντε χρόνους διέμεινεν ἐν μέσῳ τῶν ἀνθρώπων, ἔχων τὴν τοιαύτην παράδοξον τοῦ προσώπου μορφὴν, ὀνομαζόμενος ὑπὸ πάντων θεός.

est, filii Seth, *filias hominum*, illas nimirum, quæ erant ex genere Cain, *acceperunt eas uxores*; nam & ipsi particeps erant gratiæ Spiritus Sancti, donec dixit Deus: *Non permanebit Spiritus meus in his hominibus*: Tametsi ipse Seth quinque supra nongentos annos inter homines mansit, hac admiranda faciei specie insignitus, & ab omnibus *Dei* appellationem sortitus.

XXVI. Filiorum SETHI Columnæ.

ad Tom. I. p. 148.

Theodorus Meliteniota proœmio in Astronomiam. pag. 226.

Εὕρηταί γε μὲν τὸ τοιοῦτον ὑπέρσεμνον ὄντως μάθημα παρὰ τῶν τοῦ Σὴθ ἑνὸς τῶν υἱῶν Ἀδὰμ ἀπογόνων. ὡς ὅ, τε παλαιὸς ἐκ πατέρων

A *Sethi* quidem Adami liberorum unius posteris hæc est omni veneratione major inventa disciplina; quod quidem veterum pa-

λόγος ἔχει, καὶ ἀληθῶς ἔχει. Καὶ μέν τοι καὶ Ἰώσηππος φιλαλήθης ἀνὴρ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν ἀρχαιολογίᾳ συγγράφεται. μιμηταὶ γὰρ οὗτοι τοῦ ἑαυτῶν γεγονότες γενήτορος, σοφίαν μὲν τὴν περὶ τὰ οὐράνια καὶ τὴν τούτων διακόσμησιν ἐπενόησαν, πρῶτοι γραμμάτων ἐφευρόντες τύποις καὶ τὰ σημεῖα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὰς τροπὰς τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ τὰς ἑβδομάδας, καὶ τοῖς ἀπλανέσι τῶν ἀστέρων ἐπιθέντες ὀνόματα καὶ τοῖς πλανωμένοις. ὑπὲρ δὲ τοῦ μὴ διαφυγεῖν τοὺς ἀνθρώπους τὰ εὑρημένα, μηδὲ πρὶν εἰς γνῶσιν ἐλθεῖν φθαρῆναι, προειρηκότος Ἀδὰμ ἀφανισμὸν ἔσεσθαι τῶν ὅλων, τὸ μὲν κατ' ἰσχὺν πυρὸς. τὸ δὲ ἕτερον κατὰ βίαν καὶ πλῆθος ὕδατος, στήλας ποιησάμενοι δύο. τὴν μὲν ἐκ πλίνθου. τὴν

trum monumenta veritati consona docent: idque *Josephus* veritatis studiosus profecto & amans Antiquitatum Judaicarum lib. 1. scripsit. Enim vero cum hi sui parentis imitatores essent, de cœlestibus eorumque ordine & ornatu philosophari cogitarunt: primique literarum typos, cœli signa, anni partium conversiones & septimanas invenerunt, fixisque stellis ac Planetis nomina imposuere. Ne vero illa inventa hominibus perirent, & antequam forent cognita, evanescerent, cum universi deletionem ruinamque duplicem, vi ignis alteram, alteram infinita aquarum copia futuram prædixisset Adamus, columnis duabus exstructis erectisque, una

ἑτέ-

ἑτέραν ἐκ λίθε, ἀμφοτέρας τὰ εὑρημένα προσέγραψαν, ἵνα ὑπὸ πλινθίνης ὑπὸ ὑπομβρίας ἀφανισθείσης, ἡ λιθίνη μένασα ἅπαντα δοίη μαθεῖν τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἐγγεγραμμένα, δηλοῦσα καὶ πλινθίνην ὑπ' αὐτῶν ἀνατεθῆναι. ἦν δὴ καὶ μένειν ἔτι ἐν Συρίδα γῆν ἄχρις ἐκείνε φησὶ, λέγω δὴ τὴν λιθίνην.

quidem lateritia, lapidea altera, inventa ſua utrique inſcripſerunt; ut, ſi lateritia ab ingentibus profuſisque imbribus corrumperetur, lapidea ſupereſſet ex qua poſſent homines cuncta inſcripta addiſcere, atque lateritiam ab ipſis quoque fuiſſe erectam & conſecratam: quam etiam, lapideam dico, ad illa usque tempora in Syria ſtare ac permanere ait.

Freculphus lib. 1. Chron. cap. 12. *Unde etiam Filii Seth cum Jobal conſanguineo in columnis ea quæ ſapienter diſciplina cœleſtium rerum adinvenerunt, cum reliquis artibus conſcripſerunt, ſicut ſuperius ex verbis Joſephi declaratum eſt.* Joſephi fidem tuetur V. C. Chriſtianus Schœtgen diſſ. I. de inſcriptionibus Hebræorum, edita Lipſ. A. 1715. Singularibus etiam diſſertationibus, hanc de columnis Sethi traditionem excuſſerunt D. Ægidius Strauchius, Witeb. 1669. Dan. Guilelm. Mollerus, Altorf. 1699. & Frid. Hannibal Stempelius, Jen. 1706. Neque de ejus fide dubitandum ſibi exiſtimavit illuſtris Tycho Brahe præfat. ad Aſtronomiæ inſtaura-

tæ Mechanicam, qui Sethi columnas primo loco refert inter illa, quæ veteres condiderunt, ut ex illis ſiderum motus ſpecularentur. Sethi junioris Aſtrologi mentio, ut obiter hoc annotem, occurrit in Annæ Commenæ Alexiade lib. VI. p. 163. Ne dicam de Setho divinatore λεκανομάντῃ, de quo Nicetas Choniates lib. X. hiſtor. p. 369.

XXVII. SETHUS per ſanguinem Abelis, ſuos adjurans.

Eutychius Patriarcha Alex. in Annalibus pag. 19.

Mortuum ergo Adamum pollinxit juxta ipſius mandatum * filius ejus Seth, corpusque ejus ad faſtigium montis ſublatum in ſpelunca Alcanuz ſepelivit, ipſumque centum quadraginta dies planxerunt. Poſt mortem Adami ſubduxit ſe familia Sethi a familia Kaini maledicti. Seth ergo aſſumtis ſecum filio primogenito Enosho & Kainano Enoshi F. & Mahlaliele Kainonî, una cum uxoribus & liberis ipſorum, traduxit in montis faſtigium, ubi

* Mandatum Adami his verbis refert idem Eutychius: *Vbi mortuus fuero, corpus meum myrrha, thure & caſſia conditum reponite in ſpelunca Alcanuz, & quicunque fuerit e filiis veſtris eo tempore, cum e confiniis paradiſi abeundum vobis ſit, corpus meum ſecum ſublatum ponat in medio terræ,* (Hieroſolymis) *quoniam inde futura eſt ſalus mea, & ſalus omnium filiorum meorum.*

ubi sepultus est Adam. Kain vero omnesque ipsius filii infra substiterunt in valle, ubi occisus est Abel. Coluerunt autem filii Sethi in isto monte puritatem & sanctimoniam: vocem Angelorum, a quibus prope aberant, audientes, unaque cum ipsis Deum laudantes & celebrantes, appellatique sunt ipsi cum uxoribus & filiis suis Filii Dei. Neque erat ipsis opificium, nec seges, nec messis, sed victum præbebant arborum fœtus: nec ullus apud ipsos locus invidiæ, injustitiæ aut mendacio. Juramentum ipsorum erat: *Non per sanguinem Abelis.* Quotidie autem fastigium montis sancti conscendentes, proni Deum adorabant, & corpus Adami (visendo) benedictionem captabant. Cumque jam appropinquaret Sethi mors, filios suos per Abelis sanguinem adjuravit, neminem ex ipsis de monte isto sancto descensurum, nec permissurus se ut quispiam e liberis suis ad Kaino maledicto prognatos migraret.

XXVIII. ENOCHUS.

ad Tom. I. pag. 179.

Fragmenta Henochi, Germanice non ita pridem dedit Vir eruditus *Jo. Christ. Nehringius* ad calcem editionis secundæ Sibyllinorum itidem redditorum Germanice, & cum introductione & notis vulgatorum Halæ Saxon. An. 1719. 8. Scripseram olim in præfat. ad Codicem Apocryphum Novi Test. me non videre quam utili-

tatem versiones Germanicæ scriptorum ejusmodi possint afferre, cum lectores Græce ac Latine imperiti Criticesque & Antiquitatis ignari, si ad illorum lectionem accedant, plus damni quam fructus ex illis possint accipere, & per imperitiam adduci ut illorum auctoritatem sacris scriptoribus supparem existiment. Legi quæ nuper adversus hæc scribere erudito Viro visum est in Apologia pro Sibyllinis, quibus plurimum tribuit, Oraculis: nihil autem reperi quod a sententia mea me dimoveret, imo confirmor in hac sententia, quando video interpretes magno studio etiam pro auctoritate & fide talium scriptorum contendentes. Fragmentis Enochi nuper auctoritatem & fidem conciliare studuerunt quoque in Gallia Testamentorum XII. Patriarcharum interpres *Maceus*, de quo infra: & in Italia *Farnellius* Vigiliarum in regno Neapolitano Episcopus, quem An. 1712. Venetiis retulerunt * notis fragmenta Enochi illustrasse.

ad Tom. I. pag. 199.

Testimoniis veterum de Henocho addendus Cedrenus, qui eadem quæ ex Syncello etiam retuli, ait se afferre pag. 11. ἐκ τῆ βιβλίᾳ τῆ ἀποκρύφων Ενώχ. Et pag. 7. de eodem Henocho: ἔτ@ πρῶτ@ γράμματα μανθάνει καὶ

* Journal des Savans 1712. Octobr. pag. 469. *Monseigneur Farnelli Evêque de Biseglia, auteur de plus de vingt ouvrages imprimez, a fait des notes sur le livre apocryphe attribué à Enoch.*

καὶ διδάσκει, καὶ θείων μυστηρίων ἀποκαλύψεως ἀξιῶ). Confer si placet quæ de litteris ab Henocho ut ajunt repertis dixi T. I. p. 219.

Rufinus expositione in Symbolum p. 21.

Ut breviter aliqua etiam de secretioribus perstringamus, ab initio Deus cum fecisset mundum, præfecit ei & præposuit quasdam virtutum cœlestium potestates, quibus regeretur & dispensaretur mortalium genus -- sed horum nonnulli, sicut & ipse qui princeps appellatus est mundi, datam sibi a Deo potestatem non his quibus acceperant legibus temperarunt, nec humanum genus Divinis obedire præceptis, sed suis parere prævaricationibus docuerunt.

XXIX. Enochi Preces.

In Codice MSto Hebraico reperisse se testatur Bartoloccius T. 2. Bibl. Rabbinicæ p. 844. sed ne verbulum quidem ex illis affert. Plura de Henocho illique tributis monimentis, ex penu Judæorum affert venerandus noster Wolfius in Bibl. Hebraica Tom. 1. p. 379. 380.

ad Tom. I. pag. 222.

Scriptoribus recentioribus de Henocho ejusque fragmentis, addendi:

Jo. Conradus Barthius in diss. de amoribus Egregororum. Rostoch. 1659.

Jo. Buxtorfius nepos, in Catalectis, cap. 255. ubi de Angelorum & hominum amoribus.

Frider. Jac. Firnhaber, in selectis de Henocho quæstionibus. Witeb. 1716.

Joh. d'Outrein diss. Philologico-Theologica de Melchisedecho non Henocho. Amsterd. 1713. 8. Journal des Savans 1714. p. 363.
Richardus Simon Bibliothecæ Criticæ Gallice editæ T. 3. cap. 3. p. 44. & 51. sq.

XXX. Enochi liber, Johanni Dee traditus ab Angelo.

Thomas Smithus in vita Johannis Dee, Mathematici Angli, qui post A. 1587. obiit, p. 48.

Quibus autem versutiis strophisque illum dæmones deluserint, quod antea innuebam, hic diductius indicabo.

Ut *Devo* divinæ Sapientiæ arcanis avidissime inhianti, majori certiorique cum successu palpum obtruderent impostores Angeli, obtendunt, res ejusmodi, *quæ justos & sanctos hactenus latuere, ipsi retectas fuisse & retegendas;* barbaras quasdam voces ex varia literarum connexione conflatas, ex lingua, cujus familiarem usum & notitiam in suo innocentiæ statu habuit *Adamus;* qua post lapsum deperdita, & ex memoria ipsius penitus deleta, Protoplastes ille ex Paradiso depulsus, plane obmutescens, linguam Ebræam discere coactus fuerit, nulli mortalium, præterquam illi & *Kellæo*, antea cognita, haustas esse, triginta regiones, situ discreto dispositas, inter spiritus, qui aërem ab elemento ignis ad terram usque expansum incolunt dispertitas, & universum mundum duo-

decim

decim Angelorum, qui totidem tribubus præsunt, ministerio regi, inde tabulas tum literarum, tum numerorum, quas *claves Apothecarum Dei* esse fingunt, componi mandant, numero XLIX. in quibus mysticæ voces Angelorum continentur: unde quoque *perfecta creaturarum Dei cognitio & Cabbala naturæ* erant addiscendæ: quibus recludendis adaptatas *claves Angelicas* tradendas esse: *Enochi librum*, mysticis figuris coopertum, inque tenebras ex humano visu subductum, *verum creaturarum Dei & universæ terræ usum complectentem*, in quo componendo, Angelo dirigente & instituente, per integros quinquaginta dies laboravit, *Devo* per *Urielem* replicandum multa quoque alia arcana cœlestia posthac revelanda, & præsertim librum continentem *varias nominum Dei invocationes*, lingua sancta conceptas, describendum esse pollicentur: ita ut *Devus* præstigiis hisce plane & omnino dementatus, sibique revelationes a Deo factas fuisse insulsissime persuadens, quasdam tum Veteris tum Novi Testamenti periochas ad istas visiones & diabolicas enarrationes, sicut olim divinitus S. *Joanni* Apocalyptæ & Esdræ contigisset, comprobandas impie detorserit.

Idem pag. 50.

Actione decimo die Aprilis An. 1586. *Pragæ* habita, jussus est *Devus*, ut libros omnes, numero viginti octo, in quibus, ut supra memoravi, revelationum, ipsi ab initio ad istud tempus facta-

factarum, historiam accurate propria manu descripserat, afferret, & deinde simul congestos in ardentem fornacem prope positum conjiceret, flammis penitus absumendos. Hic mandato contra ire neutiquam ausus, quod imperatum fuerat, animo licet maxime reluctante, citra moram præstabat, & quidem perquam diligenter, ne aliter violatæ divinæ voluntatis reus perageretur. Ita omnis iste labor per tot annos in colligendis hisce arcanis impensus, paucis momentis coram ipsius oculis periisse visus est. Procul dubio irreparabile hoc damnum luctu, gemitibus, lachrymisque deploravit *Devus*, tanquam manifestum irati Numinis indicium: omni spe aut easdem revelationes redipiscendi, aut novas obtinendi, evanescente & excisa. Verumtamen decimo nono ejusdem mensis die, monitus a spiritu, habitum formamque hortulani, qui vineam ædibus vicinam coluit, induto ut illuc cum *Kellæo* descenderet, postquam loco commodo aliquantulum simul consedissent, *Devus* philyram candidæ papyri huc illuc vento agitatam juxta videns, properoque pede illo contendens, tres e libris combustis, ibi sub amygdala humi stratos, non sine ingenti stupore & lætitia reperit, viz. *Enochi librum, quadraginta claves Angelicas,* utpote lingua Angelica conscriptas, & Anglice versas, & librum *collectionis triginta rerum, cui titulus, Liber scientiæ, terrestris auxilii & victoriæ. Kellæo* statim accedente, ambo flexis genibus summas Deo, ob hoc

mira-

miraculum & factum, uti appellant, *memorandum in perpetuum*, gratias agunt, plane obstupefacti, quod absque omni coloris aut odoris inducti mutatione ab igne intacti, illæsi & integri servarentur.

XXXI. LAMECH.

In Catalogo Græco scriptorum Apocryphorum memoratur, quem dedi infra p. 308.

XXXII. De NOACHO Varia.

Noachus *Deucalion*, homilia 2. Clementin. c. 16. T. 1. Patrum Apostolicorum Cotelerii. Joannes Malala T. 1. Chronici p. 85. ὁ δὲ Δευκαλίων τὰ ϛ κατακλυσμῷ ϛ μεγικῷ ἐξέθετο, καθὼς Ευσέβι☙ ὁ Παμφίλε ὁ σοφώτατ☙ συνεγράψατο.

Janus, vide B. Jac. Thomasii diss. de poculo S. Johannis §. 67.

Uranus. Magni Wingardi vindemia Historico-Theologica, Hafniæ 1679. 8. edita pag. 336. seq.

Chinensium *Fohi*. Acta Eruditor An. 1721. pag. 183.

Hottentottorum *Noh*. Petrus Kolbe in descriptione lectu dignissima Capitis bonæ spei pag. 354.

Svidæ Νάννακ☙, Stephano Byz. in Ἰκόνιον, Αννακὸς, Beroso Ωάννης, adde Steph. Morinum de linguis, pag. 153. & Jo. Henr. Majum lib. 2. Obs. sacrarum pag. 23.

Volia-

Volianus. Memoires de Trevoux An. 1707. pag. 138.

Osirin. Joh. Ttetza Chiliad. VIII. 598.

Universam de divisione Orbis a Noacho inter posteros suos facta traditionem Vir eruditiss. Jacobus Perizonius in Originibus Babylonicis p. 288. putat profluxisse ex eo quod verba Geneseos XI. פן נפוץ *ne dispergamur*, Interpretes LXX. verterunt: πρὸ τοῦ μερισθῆναι *antequam dispergi nos contingat.* De eadem divisione confer Epiphanium hæresi LXVI. §. 83 sq. Eutychii Annales pag. 52. sq. Freculfum lib. 1. Chron. c. 27. E recentioribus, Joannem Dlugossum Hist. Poloniçæ lib. 1. p. 3. sq. Jo. Phil. Vorburgium T. 1. Histor. p. 60.

De itinere Noachi in Europam suscepti disputat quædam non usque adeo certa Frid. Christian. Ramus in biga aquilonari Imperii p. 46.

De septem præceptis Noachidarum præter T. 1. p. 268. sq. a me laudatos, adire licebit Hugonem Grotium lib. 1. de jure belli & pacis cap. 1. §. 16. 3. D. Jo. Franc. Buddeum in Historia Vet. Test. T. 1. p. 194. sq. ubi respondet ad argumenta Gerh. Herm. Menckenii (in diss. de auctoritate præceptorum Noachi, Lipsi. 1711.) & in introductione ad Philosophiam Hebræorum p. 14. sq. Jac. Basnage Historia Judæorum Gallice edita lib. IV. c. 15. T. 3. p. 217. sq. Joh. Henr. Heideggerum in libertate a lege cibaria veteri vindicata p. 77. & 267.

Bath Enos, uxor Noachi, typus S. Mariæ, si credimus

dimus Ferdinando Sieghart, in Actis Erud. T. VI. Supplementi p. 279.

Filius Noachi *Jonicus*, Bochart. Phaleg. IV. 18. p. 311. 312.

De *Sambethe*, Noachi nuru, addenda Photii quæstio CLX. ad Amphilochium, in celeberrimi Montfauconi Bibl. Coisliniana p. 347.

XXXIII. Arcæ Noachi rudera.

Engelbert. Kæmpferus Antiquitt. exotic. pag. 427.

Vestigiis Diluvii universalis, ab antiquissimo Scriptore nobis relati, adeo abundat Orbis noster, ut vix Regio sit, quæ historiæ, quam brevis, tam perplexæ & infidelium obtrectationibus obnoxiæ, veritatem vindicare non valeat, & tacente etiam *Moysè*, decumanam demonstrare ab inundatione calamitatem. Quid enim montium tristis illa ac desolata facies aliud, quam mundi metamorphosin exprimit? atqui ut hæc in aprico; ita ex abdidis terrarum, diluvii testes toto die prodeunt: puta res peregrinæ, procul a genitali patria inventæ, locis quo illæ deferri, vel in iis abscondi non poterant, nisi per universalis & cum summis ima vertentis cataclysmi violentiam. Si *Fabium Columnam*, (*cap.* 21. *Obs.*) *Alex. ab Alex.* (*Gen. Dier. I.* 5. *c.* 9.) *Ludovicum Moscardo*, (*L.* 2. *Musei c.* 111.) Illustrem & incomparabilis eruditionis Batavum, *Nicol.*

Nicol. Witsium, (*in Opere de navibus fabricandis cap.* 1.) atque innumeros Museorum & subterraneæ historiæ Scriptores evolvimus, naves, navium fragmenta, anchoras, elephantorum dentes, (rectius cornua dicimus) beluarum, quas nuspiam Europa genuit, capita, ossa ac sceleta, tum ostreas & varias marini generis testas, ex terræ latebris, procul a mari & natali solo in Europæ regionibus passim inventa & effossa esse discimus. * In patria mea

* Longe plurima ejuscemodi lectoribus consideranda offerunt *Johannes Jacobus Scheuchzerus* in querelis piscium, Tiguri 1708. 4. in Bildnissen verschiedener Fischen und dero Theilen, welche in der Sündfluht zu Grunde gegangen, ibid. 1708. 4. in Herbario diluviano, 1709. fol. & in museo diluviano, 1716. 8. *Jo. Wordwardus* in Geographiæ Physicæ parte 3. sect. 2. *David Sigismund Buttner* im Zeichen und Zeigen der Sündfluht, Lipsiæ 1710. 4. *Jo. Catonius* in dissert. de mutata telluris postdiluvianæ facie, Holm. 1700. *Joan. Guil. Bayerus* in fossilibus diluvii universalis monumentis, Altorf. 1712. & 1721. *Carolus Nicolaus Langius* de origine lapidum figuratorum. Lucernæ 1709. 8. *Jacobus a Melle* diss. de echinis Wagricis. Lub. 1718. 4. & alia de lapidibus figuratis agri littorisque Lubecensis 1720. 4. *Emanuel Swedberg* in argumentis ex Svecia, pro altitudine aquarum & maris in prisco orbe, vehementiore æstu. Holmiæ 1719. 8. *Joseph. Monti* in diss. de monumento diluviano nuper in agro Bononiensi detecto. Bonon. 1719. 4. *Georg. Aut. Volckmann* in Schlesiens unterirdischen Schätzen. *Gottlieb Frider. Mylius* in des unterirdischen Schätzen Sachsens seltsamen Wundern der Natur.

mea *Lippia* piscator non ita pridem e Visurgi extrahebat dentem elephantinum stupendæ magnitudinis; quem ille tripodem suum Unicornu nominans, in partes divisit & in aulis ac pharmacopoliis magno pretio vendidit. *Lipstadiæ*, memini, in effossione arenarum ad propugnaculi basim locandam, inventum fuisse rostrum serratum prægrande piscis marini. Sed pergo in Orientem, ut Relationis scopum assequar.

Persia, si Armeniam & confinia ejus complector, prima & præcipua cataclysmi sedes est, & patria illa priscorum mortalium, quos Divina providentia communi toti Orbi inundatione suffocare decreverat. In illa igitur, si uspiam terrarum, adesse vestigia diluvii hujus, non injuria conjicimus. Ex quibus, quæ peregrinanti ultro se objecerunt, pauca & cursim hic attingam. Gratus Lectori sim, si inter illa enumeravero sanctissimum præsidium humanæ conservationis, *Arcam Noæ;* sed quam mihi videre, nec a diluvio ulli mortalium contigit. Armeni eam in cacumine excelsissimi montis *Masis*, Persis *Kuhi Nûh*, id est, mons Noæ, dicti, duodecim

Natur. M. *Georgius Andreas Helwig* in lithographia Angerburgica, *Bruckmannus* de ovariis petrefactis piscium, *Antonius Vallisnerius* de' corpi marini che su' monti si trovano, *Assaltus* ad Mich. Mercati metallothecam, *Aldrovandus* de piscibus p. 245. 251. 271. & 429. *Magnus Bromelius* in lithologia Suecana adhuc inedita, *Eduard. Luidius* in lithophylacii Britannici ichnographia, Lond. & Lipsi. 1699. 8. &c.

odecim parasangis ab urbe *Erivaan* (quo loco prima descendentis Noæ mansio creditur) incorruptam extare constanter tradunt, & ipsi credunt Mahhammedani. Traditionem olim firmavit *Jacobus* quidam *monachus Armenus*, qui ascensionem frustra diu molitus, intentionis suæ præmium reportaverat avulsam ab Arca ligni particulam, ab Angelo, ut jactitaverat, sibi datam; ex qua crux fabricata primum reservata dicitur in templo *Sjamachiæ*, deinde in Archiepiscopali cœnobio *Ets miasin:* nunc ubi lateat, nesciunt. Ad explorandam rei veritatem missi a Persarum Rege Abasso Magno, retulerunt: *Incassum se laborasse; obstitisse nitentibus abruptas crepidines, lacunas dumis cautibusque infestas, moles nivium & innumeras difficultates alias, quas superare humanis viribus nemo mortalium possit.* Verum, suspectæ fidei est omnis illa & tantopere jactata traditio de loco; qui nec auctoritate constat alicujus antiqui Scriptoris, nec a S. S. ullibi definitur. *Moyses* demissionem docet factam esse, non in montem, sed in montes *Ararat*, i. e. in montes inundationum, prout genius vocis sonat: quales vero non intelliguntur, nec præsto sunt alii, quam montes *Tauri;* qui, cum late per Asiam discurrant, continuis ramis hinc ad promontorium Indiæ *Comereyn*, illinc ad ipsum montem *Imaum* & *Gangis* principium extensi, in incerto manet, quousque tam longis tempestatibus jactata navis, abrepta fuerit, aut qua jugi parte substiterit. Probabile

babile tamen est, non longe a patria Noachum subsediſſe; siquidem per montes Ararat, illæ jugi partes, quæ Armeniam subeant, potiſſimum intelligendæ sunt, quod impense docet Cl. *Otrokocsi Orig. Hung. lib. 2. c. 13. §. 66.* in explicatione vocis *Ararat*. Cessat igitur demonstratio sanctiſſimi ruderis, quicquid loquatur *Laur. Strauſſius*, homo plebejus, in Hodœporico, quod ex ejus narratione excepit, partim etiam hinc inde conſarcinavit miropola quidam Amstelodamensis; eo liberalius fabulatus, quod sub alieno nomine.

M. Juſtus Gotofredus Rabenerus in Amœnitatibus Hiſtorico-Philolog. pag. 56.

Optandum quidem foret, ut Joſephus Hieronymi Ægyptii, Mnaseæ & aliorum, quos lib. 1. Archæol. c. 4. allegat, ut mentem, ita & verba adduxiſſet, haud exiguum utique rebus noſtris momentum allatura. Gratiam tamen magnam habemus, quod Beroſi Hiſtoricorum Principis non diſſimulavit. Ita autem ille: Λέγε) δὲ καὶ ἔτι πλοῖα ἐν τῇ Αρμενίᾳ πρὸς τῷ ὄρει τῶ κορδυαίων ἔπι μέρους εἶναι, καὶ κομίζειν ἔνιας τὸ ἀσφάλτε ἀφαιρεθέντας. Χρῶν) δὲ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι τῷ κομιζομένῳ πρὸς οὐ ἀποτροπιασμός. id est: *Fertur autem etiam hujus navigii pars in Armenia ad montem Cordyæorum adhuc supereſſe, & quosdam bitumen* (inde abrasum) *secum auferre, ac uti illo ad expiationes.* τὸ δὲ πλοῖον ἐν Αρμενίᾳ πρόσπλα ξύλων ἀλεξιφάρμακα τοῖσι ἐπιχωρίοισι παρέχεσθο. *Navigium in Armenia locorum*

incolis ligna præbet amuleti vim habentia. Et, ne illud λέγε) Berosi dubitantis, quis esse cavile-tur, ut aliena fide utentis, ipse Josephus * judicium interponit, de suo tempore scribens loco eodem: ἀναστωθέισης τ̃ς λάρνακ@ ἔτι καὶ νῦν οἱ Ἀπιχώριοι τὰ λείψανα ἀπιδεικνύσι, *servatæ arcæ adhuc etiam incolæ reliquias ostendunt.* Quæ verba Gelenius interpres nescio qua incu-riâ omisit, *audax alias judicio Huetii pag. 274. in constringendis pluribus in unam periodis.* Sequi-tur Nicolaus Damascenus, ex cujus 96. libro hæc idem Flavius, ut reliqua omittam, τὰ λεί-ψανα τ̃ ξύλων ἀπὸ πολὺ ζωθῆναι, *reliquias li-gnorum diu superfuisse.* Has autem Josephi tempore adhuc ostensas jam supra probavimus, & posterioribus nondum intercidisse testatur Epiphanius anno post diluvium 2700. adversus hæreses lib. I. ἔτι καὶ δεῦρο τὰ λείψανα τ̃ τ̃ Νῶε λάρνακ@ δείκνυ) ἐν τῇ τ̃ καρδιαίων χώ-ρᾳ, *adhuc lignum ex arca Noæ reliquum ostendi-tur in Cardiæorum regione.* Sequuntur hunc idem plane disertim testati olim Theophilus Antiochenus lib. 9. & Isidorus lib. 14. Origi-num allegante Hornio ad Sulpitium, Abyde-nus, Chrysostomus: itidem Hieronymus, Eu-stathius,

* Non omittendum & ejusdem Josephi testimonium lib. XX. cap. 3. pag. 879. edit. Oxon. ubi de regione Adia-benorum Regi subjecta, quam vocat καιρῶν amomi feraciſſima: ἐσὶ δὲ ἐν αὐτῇ καὶ τὰ λείψανα τ̃ λάρνακ@, καθ' ἣν Νῶχον ἐκ τ̃ ἐπομ-βείας ἀφασεσῶσθαι λόγ@ ἔχει καὶ μέχρι νῦν ταῦτα τοῖς ἰδεῖν βελομένοις ἀπιδείκνυ).

ſtathius, Euſebius *apud Bochartum cap. IV. lib.* 1. Teſtatur Elmacinus Arabs, quem Erpenio debemus, Hiſtor. Saracen. lib. 1. c. 1. *Heraclium Imperatorem devictis Perſis deſiderio hujus loci viſendi in urbem Thema* (quam Noah ad radices Ararat ædificaſſe fertur, *vide Tavernierum pag.* 16.) *ſe contuliſſe.* Teſtatur Haithon Armenus libro de Tartaris cap. 9. *apparere in cacumine montis Ararath ſemper aliquid nigrum in mediis nivibus, quod ab hominibus dicatur eſſe arca.* Et licet Benjamin Tudelenſis in Itiner. affirmet *Anno Chriſti* 640. *a Califa Omar omnia arcæ ablata, inque tabulatum templi ab ipſo in Inſula Tigridis conſtituti converſum eſſe,* ſubleſtam tamen hominis fidem, ſequentium ſeculorum experientia evincit. Quin hodie ſaltem fruſtum ligni ex arca in eo loco oſtendi tradit Joh. Henr. Seyfried *in Medulla mirabilium naturæ pag.* 400. Omitto hic Johannis de Mandewil cap. 54. teſtimonium, qui poſt tot admixtas fabulas fidem decoxit; omitto partem trabis, quæ in Laterano Romæ oſtenditur. Omitto alias reliquias, quæ Schamachiæ in templo Armenorum viſuntur. *Olear. Itiner. pag.* 399. Omitto Armenorum omnium & Perſarum ſuper ea re conſenſum. *apud eundem pag.* 398. Omitto alia veterum & recentiorum teſtimonia, quos citat Bochartus *Geogr. Sacr. pag.* 26. *& pag.* 352. Sufficiat ſolus Joh. Janſenius Strauſs, qui An. 1670. menſe Julio ad Dominicum Alexandrum Eremitam in monte Ararath accerſitus, ut fractum

illius crus obligaret, prolixe commemorat: *Se quinque dierum itinere montem ascendisse per tres nubes & penetrantissimum frigus, tandem ad cellam Eremitæ delatum & temperatissimum aërem, ex cujus relatione didicerit, eum jam 25 annis ibi habitantem nec pluvias sensisse, nec ventos. In fastigio vero montis 15 mill. Ital. distante a domuncula sua tranquillius adhuc cœlum, ubi & arcæ ingentes visantur reliquiæ, ex quibus & crucem fabricatam ipse Straussius accepit dono. Vide ipsum Itiner. cap. 18. pag. 121. seqq.*

Jo. Franciscus Gemelli Carreri, Neapolitanus, in itinere per orbem, Gallice edito T. 1. p. 55.

Vis a vis le vieux Caire, à la gaûche du Nil, j'entrai ensuite avec les Peres dans la Sainte maison, où la Sainte Famille demeura pendant sept ans pour fuir la cruauté d'Herode. Elle est dans une Eglise des Coptes, on y descend par neuf degrez à la gauche du chœur; elle est supportée par trois columnes à la gauche, & quatre à la droite, qui font trois petites separations; dans celle du milieu à quatre paumes de hauteur, on montre un endroit creusé dans le mur, qui est le lieu où dormoient la Vierge Marie & l'Enfant Jesus: dans l'autre endroit on fait voir le lieu où dormoit S. Joseph: dans le creux du mûr à gauche, un autre petit endroit où Nôtre Seigneur se reposa pour la premiere fois, en entrant dans la grotte. Il y a aussi une Pierre sur laquelle la Sainte Vierge avoit coutume de laver, & une table de la même matiere, sur laquelle

le ils mangoient. Ils me montrerent auſſi une grande piece de bois, avec un clou, qu'ils me dirent être de l'Arche de Noë.

Idem pag. 105.

Les Hiſtoriens & Chronologiſtes Arabes croient que ces Pyramides ont été baties par un Roy d'Egypte nommé Saurid, trois cens ans avant le Déluge, ils mêlent tant de fables dans leur rapport, qu'ils obſcurciſſent jusqu'au peu de verité qu'il pourroit y avoir. Ils écrivent que ce Roy ayant eû une viſion, dans laquelle la terre lui paroiſſoit être renverſée ſans-deſſus-deſſous, les hommes étendus la face contre terre, & les étoiles tombées du Firmament, il s'en affligea beaucoup, mais ne le dit a perſonne; après cela il vit tomber les étoiles du Ciel en forme d'oiſeaux, qui ſervoient de guide aux hommes pour les conduire entre deux grandes montagnes, par leſquelles ils étoient écraſez, & les étoiles s'obſcurciſſoient; epouvanté de cette viſion, il aſſembla CXXX. Devins de toutes les Provinces d'Egypte, parmi leſquels ſe trouva le fameux Aclimon auquel il raconta ſon ſonge. Ils jugerent & prédirent qu'il viendroit un grand Déluge, par lequel le pays d'Egypte couroit riſque d'être ſubmergé, & que cela arriveroit dans peu d'années. Le Roy ayant entendu cela, fit bâtir ces Pyramides, & faire quelques conduits ſoûterrains pour detourner l'au du Nil dans la Province qu'on appelle Alſeida, mettant toûjours dans ces Pyramides ce

qu'il avoit de précieux: quand elles furent achevées, il les fit couvrir d'une belle étoffe de soye, & il celebra une Fête magnifique ou tous ses Sujets se trouverent.

Memoires de Trevoux An. 1708. Dec. pag. 2019.

La ville de Chenna dans l'Arabie heureuse fournit, s'il en faut croire les Voyageurs, de quoi contenter les Antiquaires. On y montre entre autres raretez un grand edifice, qu'on dit avoir été bâti par Noë, & un gros morceau de bois au travers d'un treillis de fer, qui passe pour être une piéce de l'Arche du même Patriarche. On y voit encore un puits qu'on assure avoir été fait par le Patriarche Jacob, & qui a plus de cent brassis de profondeur. L'eau qu'on en tire dans des seaux de fer, est si froide, qu'elle glace la boûche. On soûtient à Chenna la verité de plusieurs autres antiquitez appuyées sur des fondemens également solides. Tout ce qu'on montre ailleurs, est-il toûjours mieux appuyé?

XXXIV. De MELCHISEDECHO Miscella.

Josephus VII. 47. de bello Judaico: ὁ δὲ πρῶτος κίσας (τὰ Ἱεροσόλυμα) ἦν χαναναίων δυνάστης ὁ τῇ πατρίῳ γλώσσῃ κληθεὶς βασιλεὺς δίκαιος (Melchisedec) ἦν γὰρ δὴ τοιοῦτος. Διὸ καὶ ἱερᾶσατό τε τῷ θεῷ πρῶτος καὶ τὸ ἱερὸν δειμά-

δειμάμενος Ἱεροσόλυμα τὴν πόλιν πρωτηγόρευσε, Σόλυμα καλεμένην πρότερον.

Uxorem non fuisse Melchisedeco, & decimas tributas illi ut Sacerdoti ab Abrahamo Laico, monet S. Maximus Confessor T. 1. Opp. p. 315. Mortuum esse, licet mors ejus in sacris litteris non traditur, recte notat Josephus Christianus in hypomnestico c. 53. At sepulchrum Melchisedeci ostendi Hierosolymis, legas in itinere Gemelli Carreri, quod ex Italico versum prodiit nuper Gallice T. 1. p. 170.

Melchisedec Messiæ typus celebratur etiam in libro Sohar. Vide Bibliothecam Theolog. Philolog. Bremens. T. 3. p. 1085.

Mechisedechum cum *Semo* eundem faciunt etiam Isidorus de vita & obitu Sanctorum cap. V. Honorius Augustodun. lib. 3. de imagine mundi, Tom. XX. Bibl. Patrum Lugd. p. 988. 989. Freculfus & Albertus Stadensis in Chronico: etiam ex Judæis R. Salomon Jarchi, quibus assentitur Tho. Hyde ad itinera Abrahami Peritzol. p. 17.

Melchisedecum pro *Virtute Dei* venditat etiam Auctor quæstionum Vet. & Novi Test. quæstione 109. inter S. Augustini opera.

Contra *Melchisedecitas* scripsit olim Diodorus Tarsensis, (Suid. in Διόδωρος) Dionysius Hierosolymor. Episcopus (teste auctore prædestinati cap. 34.) & Diadochus Photices Episcopus, (Phot. Cod. 200.) quorum omnium scripta interciderunt.

Melchisedecum pro *Christo* habent praeter T. I p. 330. a me memoratos, Jo. Conr. Hottingerus Exerc. 2. de decimis Hebraeorum p. 19. sq. Herm. Alex. Roëll in principium Epistolae ad Ephesios p. 529. sq. Arn. Moonem in libro Belgice An. 1717. 8. edito de vocatione Abrahami, & Jo. Outreinius, cujus sententiae vide si placet quae opposuit Gisb. Cuperus in Epistolis quae ad calcem dissertationum Outreinii de clangore Evangelii leguntur.

Henrici Hulsii sententiam, praeter Outreinium in diss. de Melchisedecho *non Henocho*, Amstel. 1713. 8. confutavit Jo. Herm. ab Elswich, ὁ μακαείτης in trinis diss. editis Witeb. 1710. Vide etiam Rev. Salom. Deylingii Observatt. Sacrar. part. 2. pag. 63. D. Jo. Francisci Buddei Historiam Eccles. Vet. Testam. Tom. I. p. 207. Frid. Jac. Firnhaberi quaest. sel. 3. de Henocho.

Chamum cum Melchisedecho non esse confundendum docet Jo. Marckius diss. de Chamo nequaquam habendo pro Melchisedecho, inter exercitationes illius scripturarias part. 4. diss. 2. ad Genes. X. 22.

Regem urbis *Salem* fuisse Melchised. sacer Codex dubitare nos non sinit. Sed illam urbem licet plerique cum Josepho eandem cum Hierosolymis faciunt ex Ps. LXXVI. 3. (confer ejusdem Marckii diss. 2. Theolog. Philolog. Leid. 1717. 4.) Alii tamen distinguunt & nomen Hierusalem, ex Graeco Hebraeoque compositum ferre non possunt: Salem autem notant intel-

intelligi opidum juxta Scythopolin, quod usque hodie vocatur Salem. Ostenditur ibi palatium Melchisedech, quod ex longitudine ruinarum veteris operis magnificentiam prodit. Hæc Salem memoratur Genes. XXXIII. 18. & Joh. III. 23. Ita Freculfus lib. 1. Chron. c. 42. ex S. Hieronymi Epistol. ad Evagrium. Adde Lud. Borghesii Historiam Criticam Melchisedeci cap. 7. & Adriani Relandi Palæstinam pag. 832. sq. & 976.

Scriptoribus de Melchisedeco ejusque rebus Tom. 1. p. 333. seq. laudatis addi poterunt:

Jac. Altingius in VII. Hebr. Amst. 1686.

Anonymi considerations ou raisonnement clair & solide sur trois d'entre les principaux points en dispute de l'Ecriture sainte. Haye 1720. 8. Acta Erud. 1721. p. 245 sq.

Lud. Borgesii Historia Crit Melchisedeci. Bernæ 1706. 8.

Jo. Franc. Buddeus in Historia Ecclesiast. Veter. Testam. T. 1.

Raimundus Capisucchus Controv. Theol. XVIII. f. 501. sqq.

Jo. Bened. Carpzovius de vocatione Messiæ ad sacerdotium ad Psal. CX. 4. Lipsi. 1689. & in ejus diss. 1699. 4.

Jo. Cloppenburgii select. disp. X. de persona Melchisedeci A. 1642. & T. 1. Opp. pag. 670. sq. Amst. 1643.

Pet. Cunæus de Rep. Hebr. III. 3. Lugd. Bat. 1631.

Salomo

Salomo Deylingius Obſerv. S. part. 2. Obſ. 5. Lipſ. 1711. 4.

Antonii Drieſſen diſſ. de Melchiſedeco mero homine. Groning. 1718. 4.

Franciſci Fabricii Tractatus Philologico-Theologicus de ſacerdotio CHriſti juxta ordinem Melchiſedech, ad Geneſ. XIV. 18 -- 20. Pſ. CX. 4. & Hebr. VII. 1 -- 10. Lugd. Bat. 1709. 1720. 4.

Claudius Fraſſenius in disquiſitt. Bibl. in Pentateuch. Pariſ. 1682. Rothomag. 1705. 4.

Jac. Gaillardi Melchiſedecus Chriſtus unus Rex juſtitiæ Rex pacis. Lugd. Bat. 1686. 8.

Franciſci Gomari Diſp. Theologica XVII. quæ eſt de ſimilitudine ſacerdotii Chriſti & Melchiſedechi T. II. Opp. p. 48. ſqq. & 118. ſq. & T. I. p. 637. ſqq.

Henr. Hulſii Melchiſedechus. Vide T. I. Codicis hujus apocryphi p. 331.

Joh. Henr. Heideggerus Hiſtor. Patriarch. T. 2. Exerc. 2. Amſt. 1671. 4.

Tako Hajo van den Honart de Melchiſedeco typo Chriſti. Amſt. 1712. 8. Belgice.

Petrus Jurieu in hiſtoria Critica dogmatum & cultuum part. 1. c. 10. ſq. Amſt. 1704. 4.

Joſ. Kelſey, præbendarii Salisburienſis, Melchiſedec, Concio de æterno Chriſti Sacerdotio. Lond. 1691. 4. Hiſtory of the works of the learned p. 209.

Joach. Langii de Melchiſedecho typico & antitypico diſſ. duæ. Halæ Sax. 1713. 4.

Dan.

Dan. Lareni in appendice de Melchisedecho post notationes procemiales in Apocalypsin An. 1642.

Jo. Marckii dissert. de Chamo neutiquam Melchisedecho. Lugd. Bat. 1707. 4.

Pet. Molinæus lib. de Vate IV. c. 11. sq. Lugd. B. 1640. 8.

Jo. d'Outrein diss. de Melchisedecho non Henocho. Amst. 1713. 8. Belgice. Duæ Epistolæ viri docti ad Outreinium, cum hujus stricturis. Bibl. Brem. T. 3. p. 879. 889.

Martini van Rein dissert. de Melchisedecho, in Thesauro Theol. Philol. dissertationum in Nov. Test. p. 742.

Andr. Rivetus in Genesin T. 1. p. 296. 297. & in Psal. CX. T. 2. Opp. p. 310. Roterd. 1652. fol.

Jac. Saurin diss. 13. sur les evennemens memorables des V. livres de Moyse. Act. Erudit. 1721. pag. 26. 27.

Christoph. Schlegelii dissert. de persona Melchisedechi, exstat ad calcem Ludovici de Tena in Epist. ad Hebræos, Lond. 1661. fol. p. 829. 830.

Christ. Schotanus Bibl. Historica Vet. Test. T. 1. p. 57. 58. A. 1662. fol.

Jeremias Taylor in Christo revelato p. 18. ff.

Jo. Bapt. Villalpandi Syncrisis Melchisedeci & Christi. Gryphisw. 1668. 4.

Jo. Wesselius in diss. Leydensibus 1721. 4. diss. VII. p. 222. 223. de silentio Scripturæ mystico circa parentes Melchisedechi.

Miscel-

Miſcellanea de CHAMO, MISRAIMO, TUBALE, Pharaone, Oge, Goliatho &c.

De Chamo ſcientiarum auctore exſtat Guſtavi Peringeri, Viri clariſſimi, diſſertatio, Upſaliæ edita: & Phil. Olearii de Chamo maledicto, Lipſiæ 1707. De Chami peccato præter alios Nic. Lynke in obſſ. Belgice vulgatis An. 1719. ad Gen. IX. 18. 19. Apud Buxtorfium in Lexico Rabbinico p. 2459. ex Judæorum traditione: *tres coiverunt in arca Noæ, & omnes puniti ſunt: nempe canis, corvus & Cham. Prohibitum enim erat in arca coire invicem.*

Sub Menis ſive Mercurii, primi Ægypti Regis, nomine non Chamum latere ſed Chami filium Miſraimum, ſingulari diſſ. Pariſ. 1709. 12. Gallice edita probandum in ſe ſuſcepit Clariſſ. Sevinus. Vide Memor. Litter. Trevoltinas illius anni, menſe Octobri p. 1720. 1721.

De reliquiis *Pharaonis* diatribam edidit Rev. D. Georg. Henr. Gœzius, Antiſtes Lubecenſis, 1715. 4.

De *Ogis* Gigantis & de *Goliathi* vita, lepidam ex Rabbinorum commentis narrationem, commentario in Pſalmum centeſimum quinquageſimum primum ſubjunxit Paul. Chriſt. Hilſcherus, Paſtor Dresd. meritiſſ. Budiſſæ 1716. 4.

De *Tubale*, Reineſii diatriba de Deo Endovellico, quem a Tubale derivat, perinde ut Ηντȣ̈ί-

λȣς

λας Strabonis, sive Endoyelios, gentem Hispanam. Adde ejusd. Reinesii Epistolas ad Dauminum p. 310. 311.

THARE, Abrahami pater, monetarius. Triginta argentei.

Dorotheus Asicianus sive Matthias Zimmermannus in superpondio ad montes pietatis Romanenses, post præfat.

Author Dialogi de Passione Domini apud Anshelmum ipso initio ex persona Deiparæ ait: hos 30 argenteos Judæ in pretium datos fuisse (argenteos Ismaëliticos, quibus & Joseph venditus fuit ante multos annos & hæreditaria successione fuerunt devoluti ad illos Judæos, qui filium meum emerunt: & unusquisque denarius valebat 30 usuales:) Altius vero & ab ipso origine repetentes alii, quos referunt Albericus l. 1. ff. de contract. empt. & in Dictionar. v. moneta. Matthæus de Afflictis in Prælud. constit. Neapol. & Tiberius Decianus Tom. 2. tract. L. 7. c. 23. num. 10. affirmat, Thare patrem Abrahami urgente Nino Rege monetam signasse post diluvium, primosque nummos ab eo cusos & signatos fuisse triginta illos argenteos, qui in Judæ mercedem cesserunt. Fabulam prout ex Bibliotheca Augustinianorum Tornacensium MS. descriptam a Prospero Stellartio in Fundaminibus Ordinum p. 87. legi; hic repræsento. Legitur in quadam historia Regum Orient. qui

Do-

Domino munera obtulerunt,quod Thare pater Abraham, cum feciſſet monetam ſeu denarios, ex juſſu cujusdam Regis Meſopot. nomine Ninus,& recepiſſet 30 denarios pro ſuo ſalario,hos denarios dedit Abrahæ, qui ipſos in peregrinatione in exilio conſumſit. Ad diverſas manus transeuntes iidem denarii, ad manus Iſmaëlitarum devenerunt, & pro ipſis a fratribus venditus eſt Joſeph, & dum dominaretur in Ægypto, hi argentei a fratribus pro frumento ad manus Joſeph ſunt traditi, & ipſis fratribus reſtituti. Fratres ipſos denuo diſpenſatori Joſeph dederunt,qui ipſos miſit in Saba pro mercimoniis ex parte Pharaonis. Et temporibus Salomonis, dum ab Oriente venit Regina Saba audire ejus ſapientiam, ipſos 30 argenteos obtulit in templo. Et temporibus Raboam dum Nabuchodonoſor Rex templum ſpoliavit & theſaurum abſtulit, ipſos 30 argenteos cum aliis theſauris tradidit Regi Godoliæ qui ſecum erat, in exercitu, & ſic cum aliis theſauris Regis Godoliæ usque ad Nativitatem Chriſti permanſerunt, & tunc Regnum Godoliæ in Regnum Nubiæ eſt translatum. Nato itaque Domino & Melchior Rex Nubiæ, videns in ſtella Chriſtum de Virgine natum, ipſos triginta denarios (quia antiquius & nobilius aurum in theſauro ſuo non invenit) Dei natu Chriſto obtulit. Poſtea B. Virgo Maria in Ægyptum fugiens metu Herodis,in loco in quo nunc eſt hortus balſami eos amiſit: quos quidam paſtor reperit,& penes

ſe

se XXX. annis servavit, & quum fama crevit de Christo, idem pastor in Hierusalem se transtulit, & Jesus eum ab infirmitatibus liberavit. Et Christo in templo prædicanti, & docenti, ipsos 30 argenteos, & alia Magorum munera obtulit: quos Jesus recipere renuens, sed ipsos denarios in templo offerre, & omnia munera super altare ponere præcepit: quod & pastor fecit: & Judæi ipsos 30 argenteos in carbonam projecerunt, & postea ipsos denarios pro traditione Judæ dederunt. Judæi reportatis denariis agrum figuli pro 15 denariis emerunt, & reliquos 15 militibus sepulchrum Christi custodientibus dederunt &c.

Quercus Mambre,

Genes. XII. 6.

Usque ad Constantini Magni imperium per multa sæcula perduraſſe tradit Rabanus Maurus XIX. 6. de universo, T. 1. Opp. p. 238.

Astrologica Abrahami scientia.

Theodorus Meliteniota, proœmio in Astronom. c. 3.

Τί τ' ἄλλα; Αβραὰμ ὁ μακάριος τῶν Ασσυρίων ἐκφὺς τῇ πολυθέῳ καθάπαξ ἐνιχήμενος πλάνῃ, πρῶτος, εἴη δ' εἰπεῖν καὶ μόνος,

Quid plura? *Abraham* ille beatus in Assyria natus, Deorumque plurimorum falso cultu & errore implicitus, primus, liceat etiam dicere solus, universo-

τὸ τῶν ὅλων ἔγνω ποιητὴν καὶ Θεὸν πολυΐστωρ ὢν καὶ πανσύνετος, φησί τις ἀνὴρ ἱερὸς, ἀποπροσποιούμενος μὲν τὸ τῶν Ασσυρίων ἐγχείρημα, τὴν δὲ τῆς ἀληθείας κατάληψιν ἀρκεῖν ἡγούμενος ἑαυτῷ πρὸς πᾶσαν εὐετηρίαν, ἐπεὶ καὶ μόνην οἶδεν εὐδαιμονίαν * φιλοσοφία τὴν τῆς ψυχῆς εὐεξίαν. καὶ μέντοι καὶ τὴν ἀληθῆ περὶ Θεοῦ κτησάμενος γνῶσιν, τοῖς κατ' οὐρανὸν θεάμασι τὸ ἡγεμόνα νοῦν ἀκριβῶς ἐπιστήσας κράτιστος ὢν τὰ τοιαῦτα, καὶ ξύμπασαν ἀστρονομίαν ἔχων τὴν ἐπιστήμην.

rum creatorem & Deum agnovit; cum ipse multiscius, utque vir quidam sacer ait, omnium intelligens esset; abdicatoque Assyriorum instituto, ad felicitatis abundantiam copiamque rerum omnium, veritatis comprehensionem sibi sufficere existimavit; solam siquidem unicamque beatitudinem Philosophiam, qui animæ bonus rectusque habitus est, ipse noverat. Veram siquidem de Deo scientiam & cognitionem fuit adsequutus, ubi mentis, quæ pars in homine principalis est, accurata diligentique applicatione theorematibus cœlestibus perfectissime perceptis universæ Astronomiæ peritiam acquisivit.

Ægy-

* φιλοσοφίαν Bullialdus. Nam si legas φιλοσοφία, sensus est: *solam novit Philosophia beatitudinem in animi tranquillitate positam.*

Ægyptiorum libri sacri.

Βίβλοι ἱεραὶ ὡς μόνοις τοῖς προφήταις καὶ γινώσκειν καὶ ἀναγινώσκειν ἔξεστι, ut refert Heliodorus lib. 2. Æthiopic. p. 109. Vide si placet quæ de his notavi in Bibl. Gr. lib. 1. c. 11. ubi de Scriptis Hermetis. Et quæ de litteris Ægyptior. sacris Bourdelotius ad Heliodorum p. 85.

TESTAMENTA PATRIARCHARUM.

Anastasius Sinaita Anagogic. contemplatt. in Hexaëmeron lib. VII. p. 895. D. T. IX. Bibl. Patrum edit. Lugd. Unde Hebræi ex libro qui non est redactus in Canonem, qui quidem dicitur TESTAMENTUM PROTOPLASTORUM, dicunt quadragesima die ingressum esse Adam in Paradisum, sicut etiam videtur cuidam historico Chronographo *Pyrrhoni*, & quibusdam expositoribus.

Testamentum Zabulon cap. IX. p. 643. ἔγνων ἐν γραφῇ πατέρων μου, ὅτι ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἀποστήσεσθε ἀπὸ Κυρίου, καὶ διαιρεθήσεσθε ἐν Ισραὴλ, καὶ δυσὶ βασιλεῦσι ἐξακολουθήσετε. *Novi ex scriptura patrum meorum, quod in ultimis diebus recedetis a Domino, & divisi eritis in Israël, & duo reges sequemini.*

In testamento XII. Patriarcharum quale id priore Tom. Græce & Latine ex editione Grabiana A. 1714. recusa exhibui, poterunt ex Codice MS. Cantabrigiensi nonnulla emendari, ut

docuit me eruditiſſ. Vir D. Chriſt. Frid. Bœnerus, qui illum integrum cum Grabiana editione contulit. Tituli in eo ita concipiuntur: Διαθήκη Ῥεβὴμ περὶ ἐννοιῶν.

Συμεὼν περὶ φθόνου.

Λευὶ περὶ ἱερωσύνης καὶ ὑπερηφανείας.

Ἰούδα περὶ ἀνδρείας καὶ φιλαργυρίας καὶ πορνείας.

Ισάχαρ περὶ ἁπλότητος.

Ζαβελὼν περὶ εὐσπλαγχνίας καὶ ἐλέους.

Δὰν περὶ θυμοῦ καὶ ψεύδους.

Νεφθαλεὶμ ἢ περὶ φυσικῆς ἀγαθότητος.

Γὰδ ἢ περὶ μίσους.

Ασὴρ ἢ περὶ δύο προσώπων κακίας καὶ λόγου.

Ιωσὴφ ἢ περὶ σωφροσύνης.

Βενιαμὶν ἢ περὶ διανοίας καθαρᾶς.

Pariſiis An. 1713. 12. lucem vidit Gallica Teſtamentorum horumce interpretatio, hoc titulo: *Les douce Teſtamens des Patriarches, traduits de l'Hebreu en Grec, & du Grec en Latin par Robert, Eveque de Lincolne, & du Latin en François, avec une diſſertation, des argumens & des notes, par Monſieur* Macé, *Chefcier, Curé de ſainte Oportune.* In diſſertatione duplici quæ ad calcem voluminis ſubjuncta legitur, contendit genuina illorum Patriarcharum eſſe quæ eis tribuuntur teſtamenta, nec minus quæ in illis allegantur, vere ſcripta eſſe ab Henocho. Cum autem ab omni memoria inter Judæos fuerit nemo qui illorum γνησιότητα agnoverit, inter Chriſtianos

stianos vix unus & alter qui utcunque eis tribuerit testimonium, argumenta illius, quibus & ab aliis sæpius est responsum, patiemur præterfluere.

Βίος τῆς ἐξομολογήσεως ἀσενὲθ θυγατρὸς πενλεφρῆ ἡλιοπόλεως. Διήγησις ὅτε ἔλαβεν αὐλὴν ὁ πάγκαλος Ιωσὴφ εἰς γυναῖκα.

I.

Ἐγένετο ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς εὐθηνίας ἐν τῷ μηνὶ τῷ δευτέρῳ, πέμπτῃ τοῦ μηνὸς ἐξαπέστειλεν Φαραὼ τὸν Ιωσὴφ τοῦ διελθεῖν πᾶσαν τὴν γῆν Αἰγύπτου. ἐν δὲ τῷ τετάρτῳ μηνὶ τοῦ πρώτου ἔτους, ὀκτωκαιδεκάτῳ τοῦ μηνὸς ἦλθεν Ιωσὴφ εἰς τὰ ὄρη ἡλιοπόλεως καὶ ἦν Συνάγων τὸν Σίτον τῆς χώρας ἐκείνης ὡς τὴν ἄμμον τῆς θαλάσσης. ἦν δέ τις ἀνὴρ ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ ὀνόματι πενλεφρῆς, ἱερεὺς ὢν ἡλιοπόλεως, καὶ Σατράπης τοῦ Φαραὼ, ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ ἐτῶν πλέ-

VITA ASSENETH,

FILIÆ POTIPHARIS, JOSEPHI UXORIS.

I.

In primo anno septem annorum ubertatis misit Pharao Joseph, ut congregaret frumenta. Qui venit in fines Heliopoleos, cujus regionis princeps erat *Putifar* sacerdos, princeps satraparum & consiliarius Pharaonis. Hujus filia erat *Asseneth*, pulchra super omnes virgines terræ, per omnia similis filiabus Hebræorum: elata & superba, despiciens omnem virum, quam etiam nullus unqvam viderat virorum.

σις & σφόδρα, καὶ φρόνιμος πάνυ καὶ ἐπιεικής. ὑπῆρχεν δὲ καὶ ξύμβολος τοῦ Φαραὼ συνιών. ἦν δὲ αὐτῷ θυγάτηρ παρθένος ὀνόματι ἀσενέθ. εἶδεν ὁμοίη τῶν παρθένων τῶν θυγατέρων τῶν Αἰγυπτίων, ἀλλὰ ἦν κρείσσων πάντα ὁμοίως ταῖς θυγατράσιν τῶν ἑβραίων, μεγάλη ἔσα ὡς Σάρα, καὶ ὡραία ὡς ῥεμβέκα, καὶ καλὴ ὡς Ραχήλ. Καὶ διέδραμεν ἡ φήμη τοῦ κάλλους αὐτῆς εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐκείνην, καὶ ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης, ὡς ἐκ τότε ἐπιθύμειν αὐτὴν μνησευθῆναι πάντες υἱοὶ τῶν μεγιστάνων καὶ σατραπῶν, ἀ μὴν, ἀλλὰ καὶ οἱ υἱοὶ τῶν βασιλέων νεανίσκοι πάντες καὶ δυνατοὶ, καὶ ἦν ἔρις πολλὴ ἐν αὐτοῖς δι' αὐτήν, καὶ ἐπειρῶντο πολέμους πρὸς ἀλλήλους. ἤκουσεν δὲ περὶ αὐτῆς καὶ ὁ υἱὸς τοῦ Φαραὼ ὁ πρωτότοκος. καὶ ἐξελιπάρει τὸν πατέρα αὐτοῦ τοῦ δῆναι αὐτὴν εἰς γυναῖκα. καὶ εἶπεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ Φαραὼ, ἵνα τί ζητεῖς γυναῖκα ἐλάχιστόν σε. βασιλεύων τῆς γῆς πάσης ταύτης. ἐχὶ, ἀλλ' ἰδὲ ἡ θυγάτηρ τοῦ βασιλέως μωὰβ ἰωακεὶμ καταλίεταί σε, καὶ αὕτη ἐστὶν βασίλισσα καὶ καλὴ τῷ εἴδει σφόδρα. λάβε δὴν σὺ αὐτὴν εἰς γυναῖκα.

Erat enim turris conjuncta domui Putifaris magna & excelsa, super quam erat cœnaculum habens thalamos decem, quorum primus magnus & decorus lapidibus porphyreticis stratus: parietes lapidibus pretiosis induti, laquearia aurea. Et erant intus Dii Ægyptiorum aurei & argentei, quos colebat Asseneth, & timebat, & quotidie eis immolabat.

καὶ. Ἦν δὲ Ασενὲθ ἐξυθενῆσα καὶ καταπύστα πάντα ἄνδρα ἕσα ἀλάζων καὶ ὑπερήφανος καὶ ὐδέποτε αὐτὴν ἀνὴρ ἔδρακεν. καθόλι ἦν πύργος τῷ πεντεφρῇ προκείμενος ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ μέγας καὶ ὑψηλὸς σφόδρα, καὶ ἐπάνω τοῦ πύργου ἦν ὑπερῷον ἔχων θαλάμους δέκα. ἦν δὲ ὁ πρῶτος θάλαμος μέγας καὶ ὐπεπὴς πάνυ, καὶ λίθοις ποικίλοις κατεστρωμένος, καὶ οἱ λίθοι αὐτοῦ ὑπῆρχον τίμιοι καὶ ποικίλοι πεπλακωμένοι. ἦν δὲ καὶ ἡ ὀροφὴ τοῦ θαλάμου ἐκείνου πορφυροῦς, ἐν ᾗ. ἦσαν πεπηγμένοι θεοὶ τῆ αἰγυπτίων, ὧν ἐκ ἦν ἀριθμὸς χρυσοῖ καὶ ἀργυροῖ, πάντας ἐκείνους ἐσέβετο ἀσενὲθ καὶ ἐφοβῆτο αὐτοὺς καὶ θυσίας αὐτοῖς ἐπετέλει καθ' ἑκάστην.

II.

Ἦν δὲ καὶ ὁ δεύτερος θάλαμος ἔχων τὸ κόσμον ἅπαντα, καὶ τὰς θήκας ἁπάσας ἀσενὲθ. καὶ ἦν χρυσὸς ἐπ' αὐτῷ καὶ ἄργυρος πολὺς καὶ ἱματισμὸς χρυσοῦμος ἄπειρος καὶ λίθοι ἐκλεκτοὶ καὶ πολυτελεῖς καὶ ὀθόναι ὄπισημοι. καὶ πᾶς ὁ κόσμος τῆς παρθενίας ἐκεῖ ἦν, καὶ ὁ τρίτος θάλαμος, ἦν ταμεῖον τῆς ἀσενὲθ, ἔχων

II.

Secundus thalamus ſervabat ornatum Aſſeneth in auro & argento, & lapidibus ac linteaminibus pretioſis. In tertio thalamo erant omnia bona terræ, erat enim ibi promptuarium Aſſeneth. Reliqui ſeptem, ſeptem virginum erant quæ illi ſerviebant pulchræ nimis, quibus locutus non erat vir neque puer maſculus.

πάντα τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς. ὧν δὲ λοιπὸς ἑπτὰ θαλάμους εἶχον ἑπτὰ παρθένοι αἱ διακονοῦσαι τῇ ἀσενὲθ, μία ἑκάστη ἕνα θάλαμον κεκτημένη, διότι ἦσαν ὁμιλικαὶ μίᾳ νυκτὶ τεχθεῖσαι σὺν τῇ ἀσενέθ. καὶ ἠγάπα αὐτὰς πάνυ. ἦσαν δὲ καλαὶ σφόδρα, ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ. καὶ ἀνὴρ οὐδέποτε ὁμίλει αὐταῖς ἢ παιδίον ἄρρεν. ἦσαν οὖν θυρίδες τρεῖς τῷ μεγάρῳ τῆς ἀσενὲθ ὅπου ἐτρέφετο ἡ παρθενία αὐτῆς. καὶ ἡ μὲν μία θυρὶς ἦν πρώτη μεγάλη σφόδρα ἐπιβλέπουσα ἐπὶ τὴν αὐλὴν πρὸς ἀνατολάς. ἡ δὲ δευτέρα ἦν ἀποβλέπουσα ἐπὶ μεσημβρίᾳ, καὶ ἡ τρίτη ἦν ἀποβλέπουσα πρὸς βορρᾶν ἐπὶ τὸ ἄμφοδον. καὶ κλίνη χρυσὴ ἵστατο ἐν τῷ θαλάμῳ. ἀποβλέπουσα πρὸς ἀνατολὰς, καὶ ἦν κλίνη ἐστρωμμένη

In thalamo Asseneth erant tres fenestræ, prima magna valde, prospiciens ad Orientem: secunda ad meridiem, tertia ad aquilonem. Erat ibi lectus aureus stratus peplis purpureis auro textis ex hyacintho & purpura & bysso, in quo dormiebat Asseneth sola, & vir nunquam sederat super illum, & erat atrium magnum in circuitu domus, i cujus paries excelsus valde, lapidibus quadratis erat constructus, in quo atrio erant quatuor portæ ferreæ, quas custodiebant simul decem & octo viri fortissimi juvenes armati. Erat in detra parte atrii fons aquæ viventis, & deorsum fontis cisterna suscipiens ejus aquam & irrigans omnes arbores in atrio plantatas quæ pulchræ

πορ-

πορφυρȣ̃ν χρυσȣ́φαντον ἐξ ὑακίνθȣ καὶ πορφύρας καὶ βύσσȣ καθυφασμένη. ἐν ταύτῃ ȣ̃ν τῇ κλίνῃ ἐκάθευδεν ἀσενὲθ μόνη, καὶ ȣ̓δέποτε ἀνὴρ ἢ γυνὴ ἑτέρα ἐκάθισεν ἐπ᾽ αὐτῷ πλὴν τ̃ ἀσενὲθ μόνης. ἦν δὲ καὶ αὐλὴ μεγάλη παρακειμένη τῇ οἰκίᾳ κύκλωθεν καὶ τοῖχος κύκλῳ τ̃ αὐλῆς ὑψηλὸς ϛφόδρα λίθοις μεγάλοις τετραγωνίοις οἰκοδομημένος ἦσαν δὲ καὶ πυλῶνες ἐν τῇ αὐτῇ αὐλῇ σεσιδηρομένοι τέσσαρες, καὶ τȣ́τȣς ἐφύλαττον ἀναδέκα ὀκτὼ ἄνδρες δυνατοὶ νεανίσκοι ἔνοπλοι. ἦσαν δὲ πεφυτευμένα αὐλῆς παρὰ τὸ τεῖχος δένδρα ὡραῖα παντοδαπὰ καὶ καρποφόρα πάντα, πεπείρȣ ὄντος ȣ̃ καρπȣ̃ αὐτȣ̃. καιρὸς γὰρ ἦν θερισμȣ̃. ἦν δὲ καὶ πηγὴ ὕδατος πλȣσία ἐκ δεξιῶν αὐτ̃ τ̃ αὐλῆς. καὶ ὑποκάτωθεν τ̃ πηγῆς ἦν λινὸς μεγάλη δεχομένη τὸ ὕδωρ τ̃ πηγῆς ἐκείνης, ἔνθα ἐπορεύετο.

erant & fructiferæ. Erat autem Asseneth magna ut Sara, speciosa ut Rebecca, formosa ut Rahel.

III.

Εγένετο ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τ̃ ἐυθυνίας τ̃ ἑπτὰ ἐτ̃ ἐν τῷ τετάρτῳ μηνὶ, ὀγδόη καὶ εἰκάδι ȣ̃ μηνὸς ἦλθεν ἰωσὴφ εἰς τὰ ὄρη ἡλιȣπόλεως ϛυνάγων τ̃ ϛίτον τ̃ χώρας ἐκείνης. καὶ ὡς ἤγγισεν τῇ χώ-

III.

Misit ergo *Joseph* ad Putifarem nuncium, quod vellet divertere ad domum ejus. Et gavisus est Putifar, & dixit filiæ suæ quod veniret Joseph fortis Dei, & vellet eam illi tradere uxorem. Quæ

ρᾳ ἰωσὴφ ἐκείνῃ, ἐπέστειλεν αὐτοῦ ἄνδρας ιε, πρὸς πεντεφρῆ τὸν ἱερέα ἡλιουπόλεως λέγων, πρός σε καταλύσω Σήμερον ὅτι ὥρα μεσημβρίας ἐστὶ καὶ ἀρίστου. καὶ καύσων μέγας ἐστὶ τοῦ ἡλίου. καὶ ἵνα ἀναψύξω ἐπὶ τὴν στενὴν τοῦ οἴκου σου. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ πεντεφρῆς, ἐχάρη χαρὰν μεγάλην, λέγων. εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ ἰσραὴλ ὅτι ἄξιόν με ἡγήσατο ὁ Κύριός μου ἰωσὴφ. καὶ ἐκαλέσεν πεντεφρῆς τὸν ἐπάνω τῆς οἰκίας, καὶ εἶπεν, σπεῦσον καὶ εὐτρέπισον τὴν οἰκίαν μου καὶ δεῖπνον μέγα ἑτοίμασον, διότι ἰωσὴφ ὁ δυνατὸς τοῦ Θεοῦ ἔρχεται πρὸς ἡμᾶς Σήμερον. ὡς δὲ ἤκουσε

indignata respondit se nolle dari viro captivo, sed filio Regis. Illis autem loquentibus venit Joseph sedens in curru Pharaonis, qui erat totus aureus, quem trahebant quatuor equi albi sicut nix, frenis deauratis. Et erat Joseph indutus tunica candida splendidissima, & pallio purpureo & auro texto, & corona aurea super caput ejus. Et in circuitu coronæ erant duodecim lapides electi, super quos erant duodecim astra aurea, & virga regia in manu ejus, & ramus olivæ fructu pinguissimo.

ἀσενὲθ, ὅτι ἤκουσιν ἐξ ἀγροῦ τῆς κληρονομίας αὐτῶν ὁ πατὴρ αὐτῆς καὶ ἡ μήτηρ, ἐχάρη πάνυ καὶ εἶπεν, πορεύσομαι καὶ ὄψομαι τὴν μητέρα μου καὶ τὸν πατέρα μου ὅτι ἤκουσιν ἐξ ἀγροῦ τῆς κληρονομίας ἡμῶν. διότι ὥρα ἦν θερισμοῦ. καὶ ἔσπευσεν ἀσενὲθ εἰς τὸν θάλαμον αὐτῆς ὅπου ἔκειντο αἱ στολαὶ αὐτῆς.

αὐτ. καὶ ἐνεδύσατο στολὴν βυσσίνην ἐξ ὑακίνθου, χρυσὴν, καὶ ψέλια παρὰ τὰς χεῖρας αὐτ, καὶ τοῖς ποσὶν περιέθηκεν ἀναξυρίδας χρυσᾶς, καὶ περὶ τὸ τράχηλον αὐτ περιεβάλετο κόσμον πολύτιμον, καὶ λίθους πολυτελεῖς, οἵτινες ἦσαν κεκαλλωπισμένοι πάντοθεν, ἔχοντες καὶ τὰ ὀνόματα τῶν Θεῶν τῶν αἰγυπτίων, ἐνεγκεκολαμμένα πανταχοῦ ἐπί τε τοῖς ψελίοις καὶ τοῖς λίθοις. ἔθηκεν δὲ ἐπὶ τ κεφαλῆς αὐτ τιάραν, καὶ διάδημα ἐφῆξεν περὶ τοῦ κροτάφους αὐτῆς, καὶ θερίστρῳ κατεκάλυψεν τὴν κεφαλὴν αὐτῆς. καὶ ἥθ' οὕτως σπεύσασα κατῆλθε ἐκ τοῦ ὑπερῴου αὐτῆς, καὶ ἦλθεν πρὸς τὸ πατέρα καὶ τὴν μητέρα αὐτῆς καὶ ἠσπάσατο αὐτοῦ. ἐχάρη δὲ πεντεφρῆς καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐπὶ τῇ θυγατρὶ αὐτῶν ἀσενὲθ χαρὰν μεγάλην σφόδρα, διότι ἐθεώρουν αὐτὴν ἐκοσμημένην καὶ καλλοπισμένην ὡς νύμφην Θεοῦ. καὶ ἐξήνεγκον πάντα τὰ ἀγαθὰ ὅσα ἐνηνόχασιν ἐκ τοῦ ἀγροῦ τῆς κληρονομίας αὐτῶν, καὶ δεδώκασιν αὐτὰ τῇ θυγατρὶ αὐτῶν. ἐχάρη δὲ ἀσενὲθ ἐπὶ πᾶσιν τοῖς ἀγαθοῖς αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τοῖς οἴνοις, διότι ἦσαν πάντα ὡραῖα καὶ καλὰ τῇ γεύσει. καὶ εἶπεν πεντεφρῆς τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ ἀσενὲθ, τέκνον, ἡ δὲ εἶπεν ἰδοὺ ἐγὼ Κύριε. καὶ εἶπεν αὐτῇ, κάθησον σὺ ἀναμέσον ἡμῶν καὶ λαλήσω πρὸς σὲ τὰ ῥήματά μου. ἡ δὲ καθήσασα ἀνὰ μέσον τοῦ πατέρος αὐτῆς καὶ μητέρος, ἐκράτησεν πεντεφρῆς τὴν δεξιὰν αὐτῆς χεῖρα, καὶ κατεφίλησεν αὐτὴν καὶ εἶπεν. τέκνον φίλτατον. ἡ δὲ ἔφη αὐτῷ, ἰδοὺ ἐγὼ Κύριε Πάτερ. καὶ εἶπεν

πεν αὐτῇ πεντεφρῆς, ἰδὺ ὁ ἰωσὴφ ὁ δυνατὸς τοῦ Θεοῦ ἔρχεται πρὸς ἡμᾶς σήμερον, καὶ οὗτος ἐστὶν πάσης γῆς αἰγύπτου ἄρχων, καὶ ὁ βασιλεὺς φαραὼ κατέστησεν ἄρχοντα καὶ βασιλέα πάσης τῆς γῆς ἡμῶν, καὶ αὐτὸς σιτοδοτεῖ πᾶσαν τὴν γῆν ἡμῶν, καὶ σώζει αὐτὴν ἐκ τοῦ ἐπερχομένου λιμοῦ. ἐστὶν δὲ οὗτος ὁ ἰωσὴφ ἀνὴρ θεοσεβὴς καὶ σώφρων, καὶ παρθένος ὡς σὺ σήμερον, καὶ ἀνὴρ δυνατὸς ἐν σοφίᾳ καὶ ἐπιστήμῃ, καὶ Πνεῦμα Θεοῦ ἐστὶν ἐπ' αὐτῷ. δεῦρο τέκνον φίλτατον καὶ παραδώσω σε αὐτῷ εἰς γυναῖκα. καὶ ἔσῃ αὐτῷ εἰς νύμφην, καὶ αὐτὸς εἰς νυμφίον εἰς τὸν αἰώνιον χρόνον. καὶ ὡς ἤκουσεν ἀσενὲθ τὰ ῥήματα παρὰ πατέρος, ἐπεχύθη αὐτῇ ἱδρὼς πολὺς κατὰ τοῦ προσώπου αὐτῆς, καὶ ἐθυμώθη ἐν ὀργῇ μεγάλῃ καὶ ἀνέβλεψεν τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῆς πλαγίως τῷ πατέρι αὐτῆς καὶ εἶπεν. ἵνα τί κύριέ μου πάτερ λαλεῖς τὰ ῥήματα ταῦτα; παραδοῦναι με βούλῃ ὡς αἰχμάλωτον ἀνδρὶ ἀλλογενεῖ καὶ φυγάδι καὶ πεπραμένῳ; οὐχ οὗτος ἐστὶν ὁ κοιμηθεὶς μετὰ τῆς κυρίας αὐτοῦ, καὶ ὁ κυρίος αὐτοῦ ἐνέβαλεν αὐτὸν εἰς τὴν φυλακὴν τοῦ σκότους, καὶ φαραὼ ἐξήγαγεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς φυλακῆς καθ' ὅτι συνέκρινεν τὸ ἐνύπνιον αὐτοῦ, καθὰ συγκρίνουσιν καὶ αἱ γυναῖκες αἱ πρεσβύτεραι τῶν αἰγυπτίων. οὐχὶ, ἀλλὰ γαμηθήσομαι τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως τῷ προτοτόκῳ, ὅτι αὐτὸς ἐστὶν βασιλεὺς πάσης τῆς γῆς ταύτης. ταῦτα ἀκούσας ὁ πεντεφρῆς ἠδέσθη λαλῆσαι ἔτι τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ ἀσενὲθ περὶ ἰωσὴφ, διότι

μετὰ

μετ' ἀλαζονίας καὶ ὀργῆς ἀπεκρίθη αὐτῷ. καὶ ἰδὺ νεανίσκος ἀπὸ τῆς θεραπείας τοῦ πεντεφρῆ εἰσεπήδησεν καὶ λέγει αὐτοῖς. ἰδὺ ἰωσὴφ πρὸ τῶν θυρῶν ἡμῶν ἵσταται τῆς αὐλῆς. καὶ ἤκουσεν ἀσενὲθ καὶ ἔφυγεν ἀπὸ προσώπου τοῦ πατέρος καὶ τῆς μητρός. καὶ ἀνέβη εἰς τὸ ὑπερῷον, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ θάλαμον αὐτῆς καὶ ἔστη ἐπὶ τὴν θυρίδα τὴν μεγάλην τὴν βλέπουσαν κατ' ἀνατολὰς, τοῦ ἰδεῖν τὸ ἰωσὴφ ἐρχόμενον εἰς τὸ οἶκον τοῦ πατέρος αὐτῆς.

IV.

Εξῆλθεν δὲ εἰς συνάντησιν τῷ ἰωσὴφ πεντεφρῆς καὶ ἡ συγγένια αὐτῶν καὶ ἡ θεραπεία, καὶ ὡς ἀνοίχθησαν αἱ πύλαι τῆς αὐλῆς αἱ βλέπουσαι κατ' ἀνατολὰς, εἰσήλθεν ἰωσὴφ καθήμενος ἐν τῷ ἅρματι τῷ δευτέρω τοῦ φαραώ. ἦσαν δὲ ἐζευγμένοι ἵπποι τέσσαρες, λευκοὶ ὡς ἡ χιὼν, χρυσοχάλινοι, καὶ τὸ ἅρμα κατασκέυαστο ὅλον ἐκ χρυσίου καθαροῦ. ἦν

IV.

Et venerunt Putifar & uxor ejus in occurſum ejus, & adoraverunt eum. Et intravit Joſeph in atrium, & clauſa ſunt oſtia atrii, & vidit Aſſeneth Joſeph, & conturbata eſt ſuper ſermone quem dixerat de eo, & dixit: Ecce Sol venit de cœlo ad nos in curru ſuo, neſciebam quod Joſeph filius Dei erat, quis enim hominum tantam potuit genera-

δὲ

δὲ καὶ ἰωσὴφ ἐνδεδυμένον χιτῶνα λευκὸν καὶ ἔξαλλον καὶ στολὴ τῆς περιβολῆς αὐτοῦ ἦν πορφύρα ἐκ βύσσου χρυσοφάντου, καὶ στέφανος χρυσὸς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ κύκλῳ τοῦ στεφάνου αὐτοῦ ἦσαν δώδεκα λίθοι ἐκλεκτοί, καὶ ἐπάνω τῶν λίθων δώδεκα ἀκτῖνες χρυσαῖ, καὶ ῥάβδος βασιλικὸς ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ δεξιᾷ, ἥτις εἶχεν ἐκτεταμένον κλάδον ἐλαίας, καὶ ἦν πλήθος καρπῶν αὐτοῦ ἐν αὐτῷ. καὶ εἰσελθόντος ἐν τῷ ἰωσὴφ ἐν τῇ αὐλῇ καὶ κλεισθησῶν τῶν θυρῶν αὐτοῦ πᾶς ἀνήρ τε καὶ γυνὴ ἀλλότριοι ἔμειναν ἔξω τῆς αὐλῆς διότι οἱ φύλακες τῶν πυλῶν ἐπεπάσαντο καὶ ἔκλεισαν τὰς θύρας. ἦλθον δὲ πεντεφρῆς καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ καὶ πᾶσα ἡ συγγένεια αὐτῶν πλὴν τοῦ θυγατρὸς αὐτοῦ ἀσενέθ. καὶ προσεκύνησαν τῷ ἰωσὴφ ἐπὶ πρόσωπον ἐπὶ τὴν γῆν. καὶ καταβὰς ἰωσὴφ ἀπὸ τοῦ ἅρματος, κατενύγη ἰσχυρῶς τῇ ψυχῇ, καὶ συνεκλάσθη τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ καὶ τὰ γόνατα αὐτοῦ παρελύθησαν. καὶ συνετρόμαξεν τὸ σῶμα αὐτοῦ καὶ ἐφοβήθη φόβον μέγαν, καὶ ἀνεστέναξεν τότε καὶ εἶπεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. οὐαί μοι τῇ ἀθλίᾳ, πῇ νῦν ἐγὼ ἀπελεύσομαι ἢ ταπεινῶς ἢ πῇ ἀποκρυβήσομαι ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ; εἴπως ὄψεταί ἰωσὴφ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, διότι λελαλήκα περὶ αὐτοῦ κακά, οἴ μοι τῇ ἀθλίᾳ, πῇ ἀπελεύσομαι καὶ κρυβήσομαι ἀπὸ προσώ-

re pulchritudinem? aut quis venter mulieris tantum portare lumen? Et intravit Joseph in domum Putifaris, & laverunt pedes ejus.

προσώπου αὐτοῦ, ὅτι πᾶσαν ἀκριβεῖ αὐτὸς ὥραν καὶ πάντα γινώσκει καὶ οὐδὲν κρυπτὸν λέληθεν αὐτὸν διὰ τὸ φῶς τὸ μέγα τὸ ὂν μετ' αὐτοῦ. καὶ νῦν ἵλεώς μοι ἰωσὴφ διότι λελάληκα ἐγὼ ῥήματα πονηρὰ ἐν ἀγνοίᾳ περὶ αὐτοῦ. τοίνυν ἐγὼ ὄψομαι ἡ ταλαίπωρος, οὐχὶ, λελάληκα, υἱὸς τοῦ ποιμένος ἰωσήφ ἔρχεται ἐκ γῆς χανάαν; νῦν οὖν ὡς ἥλιος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἥκει πρὸς ἡμᾶς ἐν τῷ ἅρματι αὐτοῦ, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν ἡμῶν σήμερον καὶ λάμπει εἰς αὐτὴν ὡς φῶς ἐπὶ τῆς γῆς. ἐγὼ δὲ ἄφρων εἰμὶ καὶ θρασεῖα ὅτι ἐξουδένωσα αὐτὸν, καὶ ἐλάλησα ῥήματα πονηρὰ κατ' αὐτοῦ, καὶ οὐκ εἶδον. ἰωσὴφ υἱὸς Θεοῦ ἐστιν. τίς γὰρ ἀνθρώπων ἐπὶ γῆς γεννήσει ποτὲ τοιοῦτον κάλλος; ἢ ποῖα γυναικὸς κοιλία τέξεται τοιοῦτον φῶς; ταλαίπωρος ἐγὼ ἄφρων ὅτι λελάληκα τῷ πατέρι μου ῥήματα πονηρά, νῦν οὖν δότω με ὁ πατήρ μου ἰωσὴφ εἰς παιδίσκην καὶ εἰς δούλην μᾶλλον, καὶ δουλεύσω αὐτῷ εἰς αἰῶνα χρόνον. καὶ ὡς εἰσῆλθεν ἰωσὴφ εἰς τὴν οἰκίαν πεντεφρῆ, ἐκάθισεν ἐπὶ θρόνου. καὶ ἔνιψαν τοῦ πόδας αὐτοῦ καὶ παρέθηκαν αὐτῶν τράπεζαν κατ' ἰδίαν, διότι ἰωσὴφ οὐ συνήσθιε μετὰ τῶν αἰγυπτίων, ὅτι βδέλυγμα ἦν αὐτῷ τοῦτο.

V. Καὶ

V.

Καὶ ἀναβλέψας ἰωσὴφ εἰς θυρακύπελον τὴν ἀσενὲθ καὶ λέγει τῷ πεντεφρῇ, Ἵς ἐστὶν ἡ γυνὴ ἐκείνη ἐξῶσα ἐς τὸ ὑπερῷον πρὸς τὴν θυρίδα; ἀπελθέτω δὴ ἀπὸ τ οἰκίας ταύτης. ἐφοβῆτο γὰρ ἰωσὴφ λέγων, μήποτε καὶ αὐτὴ ἐνοχλήσῃ με. ἠνόχλεν γὰρ πάσαι αἱ γυναῖκες καὶ αἱ θυγατέρες τῶν μεγιστάνων καὶ τῶν σατραπῶν πάσης γῆς αἰγύπτ τ κοιμηθῆναι μετ' αὐτ. ἀλλὰ γυναῖκες καὶ θυγατέρες τῶν αἰγυπτίων ὡς ἐθεώρων τὸν ἰωσὴφ κακῶς ἔπαχον ἀπὸ τῷ κάλλει αὐτ. καὶ σὺν πρεσβείᾳ ἔπεμπον πρὸς αὐτὸν αἱ γυναῖκες μ χρυσίᾳ καὶ δ ργυρίᾳ καὶ δώρων πολυτίμων. ἀπεστρεφεν ἰωσὴφ μ ἀπειλῆς καὶ πικρίας λέγων, ἐ μὴ ἀμαρ-

V.

Et ait Joseph: quæ erat mulier illa quæ erat in cœnaculo ad feneſtram? Abeat nunc de domo iſta. Timebat enim ne moleſta eſſet illi ſicut omnes aliæ, quæ certatim mittebant nuncios ſuos ei cum muneribus diverſi generis, quos projiciebat cum indignatione & injuria. Et ait Putifar: Domine, filia mea eſt virgo, & odio habens omnem virum, quam nunquam vidit vir niſi ego, & tu hodie. Si vis, veniat & ſalutet te. Cogitans ergo Joſeph, quod ſi odibat omnem virum, nunquam ei importuna eſſet, ait patri ejus: Si virgo eſt filia veſtra, diligo eam ſicut ſororem meam. Et aſcendit mater ejus ut adduceret eam, quam

τησω

τήσω ἐνώπιον Κυρίου Θεοῦ, καὶ τοῦ προσώπου τοῦ πατέρος μου ἰσραήλ. εἶχεν γὰρ ὁ ἰωσὴφ πάντοτε πρὸ ὀφθαλμῶν τὸν Θεὸν, καὶ ἐμέμνητο ἀεὶ τῶν ἐντολῶν τοῦ πατέρος αὐτοῦ, ἔλεγεν γὰρ πολλάκις καὶ ἐνουθέτη ἰακὼβ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἰωσὴφ καὶ πάντας τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, φυλάξατε τέκνα ἑαυτοῦ ἀσφαλῶς ἀπὸ γυναικὸς ἀλλοτρίας τοῦ μὴ κοινωνῆσαι αὐτῆ. ἡ γὰρ κοινωνία αὐτῆ ἀπόλεια ἐστὶ, καὶ διαφθορά. διὰ τοῦτο εἶπεν, ἰωσὴφ ἀπελθέτω ἡ γυνὴ ἐκ τῆς οἰκίας ταύτης. καὶ ὁ πεντεφρῆς, κύριέ μου, οὐκ ἐστὶν ἀλλοτρία, ἀλλὰ θυγάτηρ ἡμῶν ἐστὶν παρθένος πάντα ἄνδρα μισοῦσα, καὶ οὐχ ἑώρακεν αὐτὴν πώποτε ἄλλος ἀνὴρ εἰ μὴ σὺ μόνος σήμερον. διότι θυγάτηρ ἡμῶν ἐστὶν παρθένος. καὶ εἰ βούλῃ, κύριε, ἐλεύσεται καὶ προσαγορεύσει σε, διότι ἡ θυγάτηρ ἡμῶν ὡς ἀδελφή σου ἔσται. καὶ ἐχάρη ἰωσὴφ χαρὰν μεγάλην σφόδρα, ὅτι εἶπεν πεντεφρῆς, ὅτι παρθένος ἐστὶν μισοῦσα πάντα ἄνδρα. καὶ εἶπεν ἰωσὴφ τῷ πεντεφρῇ καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ. εἰ θυγάτηρ ὑμῶν ἐστὶ, καὶ παρθένος ὑπάρχει, ἡκέτω διότι ἀδελφή μου ἐστὶ, καὶ ἀγαπῶ αὐτὴν ἀπὸ τοῦ σήμερον ὡς ἀδελφήν μου. τότε ἀνέβη ἡ μήτηρ αὐτῆς εἰς τὸ ὑπερῷον. καὶ ἤγαγεν τὴν ἀσενὲθ πρὸς τὸν ἰωσὴφ.

statuit in conspectu Joseph.

VI.

Καὶ εἶπεν αὐτῇ πεντεφρῆς, ἄσπασον τὸν ἀ-

VI.

Et ait Pater ejus: saluta fratrem tuum,

ἀδελφόν σε. διὰ τί καὶ αὐτὸς παρθένος ἐστὶ ὡς καὶ σὺ σήμερον. καὶ εἶπεν ἀσενὲθ τῷ ἰωσήφ. χαίροις κύριε, εὐλογημένος τῷ Θεῷ τῷ ὑψίστῳ. καὶ εἶπεν πρὸς αὐτὴν ἰωσήφ. εὐλογήσαι σε Κύριος ὁ Θεὸς ὁ ζωοποιῶν τὰ πάντα. λέγει δὲ πεντεφρῆς τῇ ἑαυτοῦ θυγατρὶ ἀσενέθ. πρόσελθε καὶ φίλησον τὸν ἀδελφόν σε. ὡς δὲ ἀπῆλθεν ἀσενὲθ φιλῆσαι τὸν ἰωσήφ, ἐξέτεινεν τὴν χεῖρα αὐτοῦ τὴν δεξιὰν, καὶ εἶπεν ἰωσήφ. οὐκ ἐστὶν πρόσηκον ἀνδρὶ θεοσεβεῖ ὡς εὐλογεῖ τῷ στόματι αὐτοῦ τὸν Θεὸν τὸν ζῶντα, καὶ ἐσθίει ἄρτον εὐλογημένον ζωῆς καὶ πίνει ποτήριον εὐλογημένον ἀθανασίας, καὶ χρίεται χρίσμα εὐλογημένον ἀφθαρσίας, φιλῆσαι γυναῖκα ἀλλοτρί-

qui odit omnes mulieres alienigenas, ſicut tu omnes viros. Et ait Aſſeneth: ave, benedicte a Deo excelſo. Et ait Joſeph: benedicat te Deus, qui vivificat omnia. Et dixit Putifar filiæ ſuæ ut oſcularetur Joſeph. Quod cum illa vellet facere, extendit Joſeph manum ſuam, & poſuit ad pectus ejus, dicens: non decet virum colentem Deum viventem, & manducantem panem vitæ, & calicem incorruptionis bibentem, oſculari mulierem alienigenam oſculantem idola ſurda & muta, & manducantem a menſa eorum panem * angoris, & bibentem de ſpondis eorum calicem anedras

* Huic paulla ante *panis vitæ*, & infra cap. 10. *panis benedictionis* opponitur.

αν, ἥτις ἐυλογεῖ τῷ στόματι εἴδωλα νεκρὰ καὶ κωφά, καὶ ἐσθίει ἐκ τῆς τραπέζης αὐτῶν ἄρτον ἀγχόνης, καὶ πίνει ἐκ τῆς σπονδῆς αὐτῶν ποτήριον ἐνέδρας, καὶ χριέται χρίσματι ἀπολείας. ἀλλ' ὁ ἀνὴρ ὁ θεοσεβὴς φιλήσει τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀδελφὴν τὴν ἐκ τῆς μητέρος αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀδελφὴν τὴν γυναῖκα τὴν εἰς οἶκον αὐτοῦ, αἵτινες ἐυλογοῦσιν τῷ στόματι αὐτῶν τὸν Θεὸν τὸν ζῶντα. ὁμοίως δὲ καὶ γυναικὶ θεοσεβεῖ οὐκέτι προσῆκεν φιλῆσαι ἄνδρα ἀλλότριον, διότι βδέλυγμά ἐστι τοῦτο ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

dras * (calicem occultum,) & unguentem se oleo ** inscrutabili.

VII.

Καὶ ὡς ἤκουσεν ἀσενὲθ πάντα τὰ ῥήματα παρὰ ἰωσὴφ, ἐλυπήθη σφόδρα καὶ ἀνεστέναξεν. καὶ ἦν προατενίζουσα τῷ ἰωσὴφ ἀνεῳγμένων τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῆς ἐπλήσθησαν δακρύων. καὶ ἰδὼν αὐτὴν ὁ ἰωσὴφ δακρύουσαν ἐλέη-

VII.

Audiens Asseneth verba Joseph, contristata est valde, & ploravit. Et misertus est ejus Joseph, & posuit manum super caput ejus, & benedixit eam. Et gavisa est Asseneth in benedictione, & misit se

* Leg. ἐνέδρας, *insidiarum.*

** Interpres Germanicus: und schmieret sich mit unheiligem Oel. Contra c. 10. & 12, *ungaris chrismate sacro.*

σεν αὐτὴν σφόδρα, διότι ἦν αὐτὸς πεῖρα καὶ ἐλεήμων, καὶ φοβέμενος τὸ Κύριον. τότε ἐπῆρεν τὴν χεῖρα αὐτοῦ τὴν δεξιὰν ἐπάνω τῆς κεφαλῆς αὐτῆς, καὶ εἶπεν αὐτῇ. Κύριε ὁ Θεὸς τοῦ πατρός μου Ἰσραὴλ, ὁ ὕψιστος καὶ δυνατὸς Θεὸς ὁ ζωοποιήσας τὰ πάντα καὶ καλέσας ἀπὸ τοῦ σκότους εἰς τὸ φῶς, καὶ ἀπὸ τῆς πλάνης εἰς τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἀπὸ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν, σὺ καὶ τὴν παρθένον ταύτην εὐλόγησον καὶ ζωοποίησον καὶ ἀνακαίνισον αὐτὴν τῷ Πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ, καὶ φάγῃ ἄρτον τῆς ζωῆς, καὶ πίῃ ποτήριον εὐλογίας σου, καὶ συγκαταρίθμησον τῷ λαῷ σου ὃν ἐξελέξω, πρὶν γενέσθαι τὰ πάντα, καὶ εἰσελθέτω εἰς τὴν κατάπαυσίν σου ἣν ἡτοίμασας τοῖς ἐκλεκτοῖς σου, καὶ ζησάτω ἐν τῇ αἰωνίᾳ σου ζωῇ εἰς τοὺς αἰῶνας χρόνων. καὶ ἐχάρη ἀσενὲθ ἐπὶ τῇ εὐλογίᾳ τοῦ Ἰωσὴφ χαρὰν μεγάλην σφόδρα. εἶτα ἀπαύσασα ἀνῆλθεν εἰς τὸ ὑπερῷον αὐτῆς πρὸς ἑαυτὴν καὶ πέπωκεν ἀπὸ τῆς κλίνης ἀθενοῦσα διότι ἦν αὐτῇ χαρὰ καὶ λύπη καὶ φόβος πολὺς καὶ ἱδρὼς συνεχὴς ὡς ἤκουσεν τὰ ῥήματα ταῦτα τοῦ Ἰωσὴφ, καὶ ὡς ἐλάλησεν αὐτῇ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψί-

super lectum ſuum, & infirmata eſt præ timore & gaudio. Et egit pœnitentiam a Diis quos colebat, & abrenunciavit illis. Et manducavit Joſeph & bibit. Et cum vellet recedere, voluit eum Putifar retinere una die, & non potuit, ſed receſſit Joſeph, promittens ſe octava die reverſurum.

ϛȣ. τότε ἔκλαυσε κλαυθμῷ μεγάλῳ καὶ πικρῷ καὶ μετενόει ἀπὸ τῶν θεῶν αὐτῶν ὧν ἐσέβετο, καὶ εἰδώλων οἷς προσώχθησεν. καὶ περιέμενην ȣ̃ γενέσθαι ἑσπέραν. ὁ δὲ ἰωσὴφ ἔφαγεν καὶ ἔπιεν καὶ εἶπεν τοῖς παισὶν αὐτȣ ζεῦξαι τοὺς ἵππȣς εἰς τὰ ἅρματα αὐτȣ, καὶ κυκλεῦσαι πᾶσαν τὴν γῆν. καὶ εἶπεν πεντεφρῆς πρὸς ἰωσὴφ. αὐλισθήτω δὴ ὁ κύριός μȣ σήμερον ἐνταῦθα, καὶ τῷ πρωῒ ἀπελεύσῃ τὴν ὁδόν σȣ. καὶ εἶπεν ὁ ἰωσήφ, ȣ̓χὶ, ἀλλὰ ἀποϛελῶ σήμερον, διότι αὕτη ἐϛὶν ἡμέρα ἐν ᾗ ἤρξατο ὁ Θεὸς ποιῆσαι τὰ κτίσματα αὐτȣ̃, καὶ τῇ ἡμέρῃ τῇ ὀγδόῃ ἐπαναϛρέψω κἀγὼ πρὸς ὑμᾶς καὶ αὐλισθήσομασαι ἐνθάδε.

VIII.

Καὶ ὡς ἐξῆλθεν ἰωσὴφ τῆς οἰκίας, ἀπῆλθεν καὶ ὁ πεντεφρῆς καὶ πᾶσα ἠσυγγένεια αὐτȣ̃ εἰς τὸ κλῆρον αὐτῶν, καὶ κατελήφθη ἀσενὲθ μόνη μετὰ ἑπτὰ παρθένων ῥαθυμȣ̃σα καὶ κλαίȣσα ἕως ȣ̃ ἔδυ ὁ ἥλιος. ȣ̓τε ἄρτον ἔφαγε ȣ̓τ' ὕδωρ ἔπιεν, ἀλλὰ πάντων ὑπνȣ́ντων αὕτη ἦν μόνη χρηγορȣ̃σα καὶ κλαίȣσα καὶ πατάσσȣσα τῇ χειρὶ τὸ ϛῆθος αὐτῆς πυκνὼς. μετὰ δὲ ταῦτα ἀσενὲθ ἀνέβη ἀπὸ τῆς κλί-

VIII.

Et accepit Asseneth tunicam nigram, quod erat indumentum tristitiæ ejus, quando mortuus erat frater ejus minor. Et clauso super se ostio flevit, & projecit omnia idola sua per fenestram quæ respiciebat ad aquilonem, & omnem cœnam suam regiam projecit canibus, & posuit cinerem super caput suum, & super pavimentum. Et flevit amare per septem dies.

νης αὐτ, καὶ κατέβη εἰς ἴχνος τοῦ κλίμακος τοῦ ὑπερῴου καὶ ἐλθοῦσα πρὸς τὸ πυλῶνα, εὗρε τὴν θυρωρὸν καθεύδουσαν μετὰ τῶν τέκνων αὐτ, καὶ σπεύσασα καθεῖλεν ἐκ τ πύλης τὴν δορὰν τοῦ καταπετάματος καὶ ἔπλησεν αὐτὴν τέφρας. καὶ ἀνήνεγκεν εἰς τὸ ὑπερῷον. καὶ ἐπέθηκεν αὐτὴν εἰς τὸ ἔδαφος καὶ εἶθ' οὕτως ἔκλεισεν τὴν θύραν ἀσφαλῶς, καὶ τὸ μοχλὸν τὸ σιδηροῦν ἐπέθηκεν αὐτῇ ἐκ τοῦ πλαγίου, καὶ ἐστέναξεν στεναγμὸν μέγαν μετὰ κλαυθμοῦ πολλοῦ καὶ μεγίστου. ἀκούσασα δὲ ἡ παρθένος ἣν ἠγάπησεν ἀσενὲθ παρὰ πάσας τὰς παρθένους, τὸ στεναγμὸν αὐτ, ἔσπευσεν καὶ ἦλθε πρὸς τὴν θυρίδα διυπνήσασα καὶ τὰς ἄλλας παρθένους, καὶ εὗρεν αὐτὴν κεκλεισμένην. καὶ ὡς ἠκροάσατο τοῦ στεναγμοῦ καὶ τοῦ κλαυθμοῦ τ ἀσενέθ - -

Hic deficit MS. & ex Latina versione veteri, quam integram exhibui Tomo priore, constat in Codice Græco Barocciano 148. cujus apographum benevole mecum communicavit Vir egregius virtute ac doctrina Jo. Christ. Wolfius, deesse illa omnia quæ leguntur cap. IX. ad XIX. a pag. 778. ad 784.

JOBUS.

S. Ephræm apud Josephum Simonium Assemannum in Bibl. Orientali Clementino Vaticana pag. 69.

Librum Job Moyses scripsit. Videtur autem hic nactus fuisse Codicem, in quo, veluti in memoriam patientiæ ejus, notata erant verba Job, & ami-

amicorum ejus de ipsius tentatione: quod Job ipse indicat, dum ait, quis mihi det, ut scribantur sermones mei. *Historiam tamen ejus obscure tradit Moyses, quum nomen genusque ejus nusquam expresserit: idque duas ob causas &c. Vocatur autem Jobab filius Zarah,* ex genere Esau, quintus ab Abraham: quod sic ostenditur. Jobab filius Zarah, qui Zarah pater Jobi, filius fuit Raguelis, Raguel filius Esau, Esau filius Isaac, Isaac filius Abraham. Urbs vero Jobi fuit Mathnin,** ubi Moyses occidit Og, deditque eam mediæ Tribui Manassæ ad Orientem Jordanis. Rex autem erat, & Sacerdos, & Propheta gentium. Rex quidem,† ut ex Og, aliisque successoribus ejus liquet. Sacerdos autem, ut ex eo constat, quod sacrificia pro filiorum suorum delictis offerebat. Propheta vero, ut ex scriptis ejusdem ostensuri sumus. Propheta vit annos centum & quadraginta. Præcessit adventum Christi annos 1725.*

* *Zara* hic videtur idem cum *Zarnua*, a quo genus suum deducebant Magi Persarum, quos ab Abraamo illud repetere Epiphanius ad S. Basilium scripserat, ad quem ita respondet Basilius Ep. 325. τὰς ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ γενεαλογίας οἶδεις ἡμῖν μέχρι τοῦ παρόντος, τοῦ μάγων ἐμυθολόγησεν. ἀλλὰ Ζαρνάαν τινὰ ἑαυτοῖς ἀρχηγὸν τοῦ γένους ἐπιφημίζουσι.

** Matthana dicitur. Num. XXI. 18.

† Gen. XXXVI. 33. mortuus est autem Bela, & regnavit pro eo Jobab filius Zaræ de Bosra.

In additamento quod in Græca versione ad calcem libri Jobi legitur, ubi Balaco filio Beor Jobus dicitur successisse: Thomas Hyde, p. 73. ad itinera mundi Abrahami Peritsol, pro Βαλὰκ non absurde legit Βαλαάμ, putatque ex auctoris additamenti hujus sententia Bileamo Jobum successisse in regno Dinhabæ urbis Edom. Multa idem erudite de Jobo ejusque tribus amicis *Eliphaz* Rege Temanis, sive Arabiæ petræ, quæ ad Austrum Idumææ, *Bildado* Rege Arabiæ desertæ & *Sophar* Rege Arabiæ felicis. Idem Terram Uz observat intelligendam terram Edom ex Thren. IV. 21.

Jobum quidam eundem faciunt cum Jobo Isacharis filio Jacobi nepote, Genes. XLVI. 13. יוֹב neque alienus est ab hac sententia B. D. Diecmannus in Opusculis Germanice junctim editis Hamb. 1709. 4. pag. 389. & Jonas Conr. Schrammius in diss. de Jobo Talmudico in Bava Batra cap. 1. Helmst. 1716. 4.

Jobum cum Jobabo Genes. XXXVI. 33. eundem esse disputat etiam Christ. Franc. Paulini in libro an mors substantia sit verminosa pag. 134. 135. Confer Augustini Calmeti commentarium Gallice nuper editum ad Jobum.

Jo. Just. Losii * dissertatio de Philosophia Jobi Arabica prodiit Giessæ An. 1707.

BALAAM

* Nova literar. Hamb. A. 1707. p. 321.

BALAAM.

Origenes apud auctorem Catenæ in Pentateuchum, Latine editæ a Franciſco Zephyro pag. 202. b.

Balaam dicitur habuiſſe diſcipulos, quos Magicam docuit, qui cum in maximo honore talem præceptorem habuiſſent, memoriæ dicuntur tradidiſſe illius vaticinia, in quibus de ſtella oritura meminerat, quam poſteriores Magi de eadem Schola ſuo tempore agnoſcentes, Bethleem usque venerunt.

JANNES & JAMBRES.

Ἰαμβρῆς non Μαμβρῆς habet etiam Photius III. contra Manichæos p. 92. 93. quod opus debemus Rev. atque eruditiſſimo noſtro Wolfio, qui illud in Anecdotis ſuis Græcis nuper cum verſione ſua publicavit. Cave autem aſſentiaris Clariſſ. Viro Joh. Henr. Majo, filio, qui in Obſſ. ſacris lib. 2. p. 32. & 156. Jannem & Jambrem putat eſſe nomina ficta hominum ignotorum, ut *Ploni Almoni* Ruth. IV. 1. & 1 Sam. XXI. 3. & 2 Reg. VI. 8. Certe Chriſtianorum non modo & Judæorum ſed Græcorum etiam ut Numenii & Romanorum ut Plinii teſtimonia ſuadent, famoſos extitiſſe Magos hoc nomine, ſive ut Agobardus * appellat, incantatores Ægyptios.

Jannis

* T. 14. Bibl. Patrum edit. Lugd. pag. 272.

Jannis & Jambris Monumentum.

Palladius, Lausiaca c. 20. T. 2. a Auctarii Ducæami p. 926. de S. Macario Alex.

Επεθύμησέν ποτε ἕτερος ὁ αὐτὸς, ὡς αὐτὸς ἡμῖν διηγήσατο, εἰς τὸ κηποτάφιον εἰσελθεῖν τῶν Ιαννῆ καὶ Ιαμβρῆ τῶν μάγων τῶν ὄντων ἐπὶ τοῦ Φαραὼ χάριν ἰσορίας ἢ καὶ συντυχίας τῶν ἐκεῖσε δαιμόνων. ἐλέγετο γὰρ πάμπολλοι καὶ χαλεποὶ ἀποκεκληρῶσθαι παρ' αὐτῶν ἐκείνων τῷ τόπῳ ἐκείνῳ δαίμονας δι' ὑπερβολὴν τῆς αὐτῶν τέχνης. ἔστο δὲ τὸ κηποτάφιον γέγονεν παρ' αὐτοῦ τοῦ Ιαννῆ καὶ Ιαμβρῆ τῶν ἀδελφῶν δι' ὑπερβολὴν τῆς μαγικῆς τέχνης τὰ πρῶτα ἐχόντων κατ' ἐκεῖνο καιρὸν τῷ Φαραὼ πολλὴν κεκτημένοι τὴν δυνασείαν τὴν ἐν Αἰγύπτῳ ἐν τῷ τῆς ζωῆς αὐτῶν χρόνῳ. ἐκ

Is cupiit aliquando, ut ipse nobis narravit, quod in hortis erat, ingredi monimentum, quod dicitur κηποτάφιον, Janne & Jambre magorum qui erant tempore Pharaonis, ut id videret, vel etiam ut conveniret eos qui illic sunt dæmones. Dicebatur enim plurimos, eosque ferociſſimos, in eo loco ab illis collocatos esse dæmones per infamis artis eorum excellentiam. Hoc autem monumentum factum est a Janne & Jambre fratribus, qui propter Magicæ artis excellentiam primas partes habebant illo tempore apud Pharaonem. Ut qui

τετρα-

τετραπέδων λίθων ἔκτισαν τὸ ἔργον ἐκεῖνο, ἐν αὐτῷ μνῆμα πεποιηκότες, καὶ χρυσὸν πολὺν ἀποθέμενοι ἐφύτευσαν δὲ καὶ δένδρα παντοῖα, καὶ φρέαρ ὕδατος μέγιστον ὤρυξαν, ὕπιγμος γάρ ἐστιν ὁ τόπος. ταῦτα δὲ πάντα ἐποίησαν, ἐλπίζοντες μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκεῖσε ἄφιξιν ἐν τούτῳ τῷ παραδείσῳ τρυφᾶν. τέλος οὖν ἀγνοῶν τὴν ὁδὸν ἄγουσαν ἐπὶ οὗτον τὸν τόπον ὁ οὗτος Χριστοῦ δοῦλος Μακάριος, στοχασμῷ μόνον ἠκολούθει τοῖς ἄστροις καθάπερ οἱ ναυτικοὶ διαβαίνοντες τὰ πελάγη. οὕτως οὗτος ὁ ἅγιος τὴν ἔρημον πᾶσαν διώδευσεν, καὶ λαβὼν δέμα καλάμων, ἕνα κατὰ μίλιον ἴσα χάριν σημείου, ἵνα εὕρῃ δ' αὐτὸ ὑποστρέψαι. διοδεύσας οὖν ἐκείνην τὴν ἔρημον πᾶσαν ἐντὸς ἡμερῶν ἐννέα, καὶ γενόμενος πλησίον οὗτος κήπου ἐκείνου

ergo illo vitæ ſuæ tempore maximam in Ægypto haberent poteſtatem, conſtruxerunt illud opus ex lapidibus quatuor pedum magnitudine: & ſuum illic fecerunt monumentum: & cum multum illic auri depoſuiſſent, & omne genus arbores plantaſſent, maximum quoque puteum aquæ foderunt, eſt enim locus qui cedit facile. Hæc autem omnia fecerunt, ſperantes poſt ſuum hinc diſceſſum, frui deliciis in illo paradiſo. Tandem ergo quoniam neſciebat viam quæ ad eum ducit ortum, Dei ſervus Macarius, conjectura quadam ſequebatur aſtra: & ſicut Nautæ qui transmittunt maria, totam pervaſit ſanctus ſolitudinem, & cum aliquot etiam accepiſſet arun-

ἐπικα-

ἐπικαταλαβούσης τὴν νυκτὸς, μικρὸν ἐκαθεύδησεν. ὁ οὖν ἄγριος δαίμων, ὁ ἀεὶ τοῖς ἀθληταῖς τοῦ Χριστοῦ ἀντιπράττων, συναγαγὼν ὅλους τοὺς καλάμους ἐκείνους τοῦ Μακαρίου καθεύδοντος ὡς ἀπὸ σημείου ἑνὸς τοῦ κηποταφίου πρὸς τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ τεθεικὼς ἀπηλλάγη. ἀναστὰς οὖν εὗρεν τοὺς καλάμους συνδεδεμένους, οὓς αὐτὸς χάριν σημείου κατέπηξεν. τάχα δὲ καὶ οὗτο τοῦ Θεοῦ συγχωρήσαντος εἰς μείζονα τούτου γυμνασίαν, ἵνα μὴ καλάμοις ἐπελπίζῃ ὁδηγοῦσι οὗτον, ἀλλὰ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ τοῦ διὰ στύλου νεφέλης ὁδηγήσαντος τὸν Ισραὴλ τεσσαράκοντα ἔτη ἐν τῇ φοβερᾷ ἐρήμῳ ἐκείνῃ. ἔλεγεν δὲ ὁ ἅγιος, ὅτι ἐγγίσαντός μου μόνον τῷ κηποταφίῳ ἀπ' αὐτοῦ ἐξῆλθον εἰς συνάντησίν μου ἑβδομήκοντα δαίμονες

dines, unam statuit in unoquoque milliari, ut per eam rediret. Cum ergo intra novem dies totam illam pervasisset solitudinem, & esset prope illum ortum, succedente nocte parum dormiit. Immanis vero dæmon qui semper adversatur Christi athletis, cum collegisset omnes illas arundines dormiente Macario, & circiter ad unum lapidem a monimento ad ejus caput posuisset, recessit. Postquam ergo surrexit, invenit colligatas arundines quas ipse fixerat signi causa. Fortasse autem hoc quoque fuit Dei permissio ad majorem ejus exercitationem, ut non speraret in arundinibus sed in Dei gratia, quæ per columnam nubis deduxit Israël quadraginta an-

παν-

παντοίω τῷ σχήματι, οἱ μὲν βοῶντες, οἱ δὲ πηδῶντες, οἱ δὲ μετὰ μεγάλου βρυγμοῦ τρίζοντες κατ' ἐμοῦ τοῦ ὀδόντας, ἕτεροι δὲ ὡς κόρακες πτερυσσόμενοι ἐτόλμων κατὰ τῆς ὄψεως μου λέγοντες. Τί θέλεις Μακάριε, πειρασμὲ τῶν μοναχῶν; τί πρὸς ἡμᾶς παρεγένου; μὴ καὶ ἡμεῖς εἴς τινας τῶν μοναχῶν ἐνεργήσαμεν; τὰ ἡμέτερα ἔχεις ἐκεῖ μετὰ τῶν σοι ὁμοίων τὴν ἔρημον, κἀκεῖθεν τοῦ συγγενεῖς ἡμῶν ἐξεδιώξατε. οὐδὲν κοινὸν ἡμεῖς ἔχομεν μετά σου. τί ἐπιβαίνεις ἡμῶν τοῖς τόποις; ὡς ἀναχωρητὴς ἀρκέσθητι τῆς ἐρήμου. ἡμῖν οὗτον τὸν τόπον οἱ κτίσαντες ἀπεκλήρωσαν, οὐ δύνασαι αὐτὸς μεῖναι ἐνθάδε. τί ζητεῖς εἰσελθεῖν εἰς οὗτο τὸ κτῆμα, εἰς ὃ οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων τῶν ζώντων

nis in terribili illa solitudine. Dicebat autem Macarius. Cum propius accessi ad illud monimentum, ex eo egressi mihi occurrerunt ad septuaginta dæmones, variis formis præditi, alii quidem clamantes, alii vero exilientes, alii vero cum magno fremitu in me stridentes dentibus. Alii vero tanquam corvi volantes, audebant meo vultui insultare, dicentes: Quid vis Macari, tentatio monachorum? Quid ad nos accessisti? An nos quoque aliquem ex monachis vexavimus? Quæ nostra sunt, tu cum tuis similibus illic habes, nempe solitudinem, & illinc nostros cognatos fugavistis. Nihil est nobis tecum commune. Quid loca no-

εἰσῆλ-

εἰσῆλθεν, ἀφ' οὗ πε οἱ οὗτο κτίσαντες ἀδελφοὶ ὑφ' ἡμῶν ἐνθάδε κατεκηδεύθησαν; καὶ ἔτι πολλὰ πραττόντων τῶν δαιμόνων καὶ ὀλοφυρομένων, εἶπον, αὐτοῖς φησὶν ὁ Μακάριος, ὅτι εἰσέλθω μόνον, καὶ ἱστορήσω, καὶ ἀπέρχομαι ἐντεῦθεν. οἱ δὲ δαίμονες. οὗτο ἡμῖν ὁμολόγησον ἐπὶ τῆς ζῆς συνειδήσεως. ὁ δὲ τοῦ Χριστοῦ δοῦλος, οὗτο ποίησω. οἱ δὲ δαίμονες ἄφαντοι γεγόνασι. εἰσελθὼν οὖν, φησὶν, ἐθεασάμην τὰ πάντα, ἐν οἷς εὗρον καὶ κάδον χαλκοῦν ἁλύσει σιδηρᾷ κρεμάμενον κατὰ τοῦ φρέατος, λοιπὸν τῷ χρόνῳ ἀναλωθέντα, καὶ καρπὸν ῥοῶν οὐκ ἐχουσῶν ἔνδον οὐδὲν, ἐξήραντο γὰρ ὑπὸ τοῦ ἡλίου, ἀταράχος οὖν ἐκεῖθεν ἀναχωρήσας ὁ ἅγιος διὰ εἴκοσι ἡμερῶν ὑπέ-

ſtra invadis? Tanquam Anachoreta, contentus eſto ſolitudine. Qui hunc locum ædificarunt, eum nobis aſſignarunt, non potes hic manere. Quid quæris ingredi in hanc poſſeſſionem, in quam nullus ex vivis hominibus eſt ingreſſus, ex quo fratribus qui hoc condierunt ſunt a nobis hic factæ exequiæ. Et cum multa adhuc facerent & inſultarent dæmones, dixit eis ſanctus Macarius, ingrediar tantum, & videbo, & hinc recedam. Dixerunt autem dæmones: Hoc nobis promitte in tua conſcientia. Dicit autem Chriſti ſervus: Hoc faciam. Dæmones autem evanuerunt. Ingrediente autem eo in cepotaphium, ei occurrit diabolus cum ſtricta rom-

ἔρεψεν εἰς τὴν ἑαυτῦ κέλλαν. phæa, ei minitans. Ad quem hanc vocem respondit sanctus Macarius. Tu venis ad me in stricta romphæa: & ego contra te ingrediar in nomine Domini Sabaoth, in acie Dei Israël. Ingressus autem contemplatus sum omnia. In quibus inveni etiam cadum æneum, catena ferrea pendentem ex puteo, jam tempore consumptum, & fructum malorum punicorum quæ nihil intus habebant, fuerant enim arefacta a sole: & plurima aurea donaria. Cum sanctus ergo illinc recessisset absque tumultu & citra ullam perturbationem, reversus est per viginti dies in suam cellam.

Mosis Nomen.

S. Maximo Confessori Tomo 1. pag. 292. Μωϋσῆς ὕδωρ ἀναίρων. Combefisio interpreti *aqua saliens*. Sed ὕδωρ ἀναίρων est aquam exspirans, sive ut Clemens Alex. ἀποπνεύσας τῷ ὕδατι. Flavio Josepho quidem Μωϋσῆς exponitur ὁ ἐξ ὕδατος ζωθείς. Salmasius Epist. 60. ad Jacobum Golium. *Mosis etymon plane Ægyptiacum esse constat, & ad verbum sonat* ἀναληφθεὶς ἐξ ὕδατος, *ut vetus Poeta apud Eusebium auctor est, hoc est* Μωϋσῆ. Μωϋ enim

enim illa lingua aquam significat, σὶ assumere. Idem libro de annis climactericis pag. 614.

Andreas Mullerus Greiffenhagius in glossario sacro pag. 25.

Mosis Nomen *Hebraicum* esse, Sacer codex asserere videtur. Tradit enim Pharaoniam filiam trimestrem jam puellam, sed exposititium, undisque & providentiæ commissum, ad se recepisse, eique Mosis nomen feciſſe dicentem: כי משיתיהו מן המים *Siquidem ex aquis eum extraxi.*

Itaque id nominis *circumcisionale*, uti quidem *Galesinus* arbitratus est, non fuit. Neque enim de *eventu* hoc, quod tertio mense post infans ex aquis salvandus esset, hominibus, quum octavo die circumcideretur, constare potuit.

Quo vero nomine die illo lustrico insignitus sit, in abysso antiquitatis reconditum est. *Jojakimum* (a) vocatum volunt nonnulli. Alii *Palthielem*, (b) alii *Melchin*, (c) vel etiam *Melchielem*, (d) aut *Jamblichum*. (e) Veteres vero Hebræi tradunt: *Decem fuisse Mosis nomina.*

(a) *Drus.* (b) *Isahar Ali.* (c) *Clem. Alex.*
(d) *Philo.* (e) ימליך ita legend. ap. *Isahar Ali* pro ימכיר qui quasi ex *Paralipom.* hoc ipsum adducit. Hæc puta:

חבר

חבר *Chaber*, Patris Amrami autoritate ipsi datum,
יקותיאל *Jekuthiel*, matris,
יתר *Jether*, sororis,
אבי זנוח *Abi Zanuach*, fratris,
אבי סוכו *Abi Socho*, Kahati,
שמעיה *Schemaja*, Israëlis,
בן נתנאל *filium Nathanaëlis*,
טוביה *Tobia*,
סיפר *Scriba*.

Ista recenset *Autor Vajkræ Rabbæ* S. 1. & exinde R. *Gedalja Schalschel*. p. 11. b. Sed addunt, sub illis omnibus מרש sensum quendam *allegoricum* latere. Hunc deducit *Hieron. Qq. Hebr. in Paralipom. T. IV. p.* 115.

Insuper *Aben Esra* tradit, Mosen ab Ægyptiis מוניוס *Monios* vocatum esse. Sic ille ad *Exod. II.* Testatur autem, in libro האדמה עברת *Agriculturæ* ita legi. Qui liber מלשון מצרי אל לשון קדרים ex lingua Ægyptiaca in *Kedarenam* translatus sit. Est autem *Kedarena* lingua *Arabica*, non *Æthiopica*, uti Kircherus Oed. Æg. T. I. vertit, nec *Armenica. vid. Vorst. ad Pirke Abos. p.* 246. Addit Aben Esra, se idem, quod dixi, in libris חכמי יון *Philosophorum Græciæ* legisse. An vero ibi מוניוס *Monios* vel aliter lectum sit, non liquet. Apud *Gedaljam* sane non מוניוס MONIOS, sed חוניוס CHONIOS legitur l. c. Corruptam esse vocem Kircherus non frustra conjicit Prodr. Copt. 137. Forte MNEVIS est. Sic alter Ægyptiorum *Taurorum*,

quem *Heliopolitani* in DIs habuerunt, dictus fuit. *Taurorum* tamen nomine DUCES intelligendi sunt. Namque & *Tauri* & *Duces* אלופים Hebræis dicuntur. Hinc Fabula de Tauris. Horum Alter, *Memphiticus* videlicet, APIS dicebatur. Fallor, an *Josephus* APIS, *Moses* vero MNEVIS est? Uterque famigeratissimus Hebræorum in Ægypto Dux fuit; Ille eo gentem suam deduxit; Hic exinde reduxit.

Vel dicamus voces מוניס & Μω-ῦσῆς ejusdem originis esse.

Idem Moses Ægyptiace Θοσίτης dicebatur, autore *Phritiphanta apud Manethon*, quem Josephus citat *contra App.* I. p. 1057. b 1058. b.

Itemque *Osarsiph.* Quasi ab Osiride, Heliopolitanorum numine. Teste *Manethone* ap. *Josephum l. c.* & pag. 1075. a. 1055. c. tum & p. 157. b. 158. b. *v. Glossarium Profan. voc. Arsaph & Osarsiph.*

Redeo ad Pharaoniam filiam, quam *Josephus* βασιλισσαν vocat. *Antiqu. II. 5.* βασιλίδα *Clem. Alex.* Vocatur & *Thermutis* proprio nomine ap. *Joseph. l. c.* & *Meris* ab *Artapano*, apud *Euseb.* בתיה *Bithja* in *Capitulis Patrum c.* 48. *Schalschal. Hakkab. p. II.* (*vid.* 1 *Par. IV.* 18.) *Sibun* apud *Eutych. Alex.* T. I p. 25.

Ea vero cum *Ægyptia* esset, regnique hæres, *Ægyptiace* proculdubio locuta est, non *Hebraice.* Neque tanti mancipiorum linguam feciſſe, credibile est, quod tamen *Aben Ezra* conjicit.

Neque iis assentior, qui propter *traditam a Mose*

Moſe ipſo nominis ejus Etymologiam Hebraicam, nomen ipſum *nonniſi Hebraicum* eſſe contendunt. Sacri enim Scriptores peregrina vocabula ſuis, quod ſæpe *accommodant*, nominumque etyma non in *literis & ſyllabis* quærunt, ſed in *ſenſu & veritate rei*.

Deinde vox iſta משה *Moſe* non *Extractum* aquis ſignificaret *ſed qui extraxiſſet*. *Extractum vero* משוי *Maſui* diceres. Sicuti & Rabbini de hoc ipſo Moſe loquuntur: משוך גואל ומשוי מים *Tractus eſt Redemtor* (Moſes) *extractusque ex aquis*.

Neque *Aben Eſræ commentum* placet, conjectantis, Moſen, *Ægyptiaci nominis* ſui ſententiam *Hebraice redidiſſe*, adeoque *hujus*, non *illius Etymon* tradidiſſe.

Quin firmiter ſtatuo, iſtud Moſis nomen *vere Ægyptium* eſſe.

Illud vero idipſum *Ægyptiace* ſignificabat, quod *Hebraice* ſonare dicitur. SERVATUM ſcil. EX AQUIS. Ita *Joſeph. Antiq. II. 9. Philo de Vit. Moſis, Clem. Alex. Strom. I. Autor Scalæ Magnæ p. 222. f. Iſa bar Ali ap. Hotting. Hiſt. Orient. p. 52.*

Indeque apud *Euſebium Præpar. XIII. 1.* ὑδοφόρος (ita en. *Joſ. Scaliger* legendum cenſet, non ὑλοφόρος) dicitur.

Vocem compoſitam eſſe omnes, qui nobiscum ſentiunt, agnoſcunt. *Pars prima* AQUAM ſignificat, hodie ΜΩΟ῍ ſcribitur, *Philoni* Μῶς, Μῶ *Joſepho*, Μῶϋ *Clementi Alexandrino* & Joſepho

sepho c. *App.* I. p. 1056. g. Inde Μωσηλὲ, *Neptunus*. Affine est Hebraico מים *Maym* & multo magis Chaldaico מוי *Moj*, quod *Jonathan* h. l. usurpavit. *Altera* nominis *pars* SERVATUM notat. Hoc voci ὑσῆς *Josephus* tribuit & *Kircherus* Prodr. Copt. p. 138. & Oedip. T. II P. II. p. 122. Sed est quare dubitem. Primum vix invenias illud ὑσῆς inter Linguæ Ægyptiæ reliquias: Imo *vix Ægyptium* fuit. Nam norunt hodienum SERVATOS aliis vocibus designare. Deinde nec in Pentateucho Coptica, cujus particulam, huc quidem spectantem, Kircherus locis citatis adducit, vestigia hujus dictionis reperiuntur.

Putem a. Mosen Ægyptiace Μωσεως† dictum fuisse. Idque plane significat SERVATUM EX AQUIS. Cω† enim est *evasio, salus*. Jamque Ω & H in Lingua Ægyptiaca alternant. E. G. CIω† dicitur & Cήθ apud *Vettium*. Litera † finalis quoque in S. transit, quando vox ad Græcos transit. E. G. Αμβρης ex M̀ΦΡΗ, veluti *Chaliphas* ex *Chalifat*. Et in ה E. G. פרעה *Pharao* ex Φαραώθης.

Aliter adhuc *Claud. Salmasius*. Vult enim Mosen Ægyptiace Μωσοὶ dictum esse, h. e. ἀναληφθέντα ἐξ ὕδατος *captum* ex aqua. Siquidem Μωσ *aquam* significet; ΣΙ vero finale *Passivum* designet. *Ann. Climact. p.* 614. Sed verisimilior est, puto, superius allata originatio.

Interea non dubito, quin & ad *vocationem* Mosis a Spiritu Sancto allusum sit, adeoque iste quasi

quasi Eductor ex aquis dictus. *v. 2 Sam. XXII. 17. Ps. LXIII. 25.*

MOSES litterarum inventor Hebræis & per Cadmum Græcis.

S. Cyrillus Alex. libro VII. in Julianum pag. 231.

Εἶμι δὲ δὴ καὶ ἐπ' αὐτὴν ἤδη τὴν ἱεροφάντην Μωυσέα. εἶτα, τίς ἐκείνου σοφώτερος, ἤγουν ἐγγὺς καὶ παρὰ βραχὺ παρελθὼν διδασκέτω. ἦν μὲν οὖν τὴν γλῶσσαν ἑβραῖος, τὸ γε μὴν εἰς θεωρίας καὶ τὸ εἰς λόγους ἐντεχνὲς οὐκ ἀθαυμάστως ἔχων. Ευπόλεμος γοῦν ὁ ἱστορικὸς οὗτος ἐπ' αὐτῷ λόγους συντιθεὶς ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τῇ Ιουδαίᾳ βασιλέων φησὶν ἐναργῶς, Μωυσέα δὴ πρῶτον γενέσθαι σοφὸν, καὶ γραμματικὴν τοῖς Ιουδαίοις παραδοῦναι, τὴν τὸ τηνικάδε τάχα που νενομισμένην. Φοίνικας δὲ παρ' αὐτῶν κατακτή-

Age enim, ecquis illo sapientior, aut ad eum vel minimum accesserit, doceat obiter. Erat is quidem lingua Hebræus, veruntamen contemplatione rerum dicendique peritia non ignobilis. Unde historiarum scriptor Eupolemus, in libro de Judæorum Regibus, de Mose verba faciens, ait illum fuisse primum sapientem, Grammaticamque Judæis tradidisse, quæ apud illos hodieque forsan est in usu. Phœnices vero ab iis artem accepisse, maxime quum essent

σασθαί

σασθαί τε τὴν ἐπιστήμην, ἅτε δὴ καὶ ὁμόρους ὄντας Ιουδαίοις. παραδοῦναι δὲ τοῖς ἑλλήνων παισὶ, Κάδμου δηλονότι παρ' αὐτοῖς γεγονότος, καὶ αὐτὰ δὲ διδάξαντος τὰ πρῶτα στοιχεῖα. Ταύτης ἰδίᾳ μέμνηται τῆς ἱστορίας ἐν τοῖς Στρωματεῦσιν ὁ Κλήμης, * ἀνὴρ ἐλλόγιμος καὶ φιλομαθὴς, καὶ ἀναγνωσμάτων ἑλληνικῶν πολυπραγμονήσας βάθος, ὡς ὀλίγοι τάχα που τῶν πρὸ αὐτοῦ. Ἡ τοίνυν καὶ αὐτὴ τῶν πρώτων στοιχείων ἡ ἐπιστήμη παρ' Ἑβραίων ἥκει τοῖς Ἕλλησι μεσολαβοῦντος τοῦ Κάδμου. &c.

finitimi Judæis. Hos illam Græcorum filiis tradidisse, quum Cadmus nimirum, apud illos versatus, ipsa prima elementa docuisset. Hujus historiæ nominatim meminit Clemens in Stromatis, vir in primis doctus & eruditus, qui Græcarum literarum altitudinem, quantum forsan ante illum pauci perscrutatus est. Quum ergo ipsam primorum elementorum scientiam Græci ab Hebræis per Cadmum susceperint &c.

ASSIMAH mater Moysis:

Ejus liber

MEGMOU.

Bartholomæus Herbelotus Bibl. Oriental. p. 872.

Megmou Rouhani. Livre de conjurations & d'operations Magiques attribué à Assimah, Mere de Moyse. Il est dans la Bibliotheque du Roy. num. 1026.

Amu-

Amuletum Moysis.

Si Judæis Cabbalistis credimus, hoc περιφυλακτικὸν βοήθημα a Moyse frequentatum fuit:

יה יה יהו חי אה אה
אה יהוה יהוה אה הוה יהיה:

Vide Bibliothecam Uffenbachianam T. 1. pag. 104. Et de verme *schamir*, quo usum Moysen & Salomonem, ad findenda saxa lapidesque dolandos, fabulantur Judæi, Buxtorfium Lexic. Talmud. p. 24. 53. Wagenseilium in Sota pag. 1071. seq. Morinum p. 367. Exerc. Bibl. B. D. Pfeiferi dubia vexata p. 409. Michaelis not. ad Gaffarellum p. 62. 147. &c.

Moyses sapientia Ægyptiorum imbutus.

De hac præter interpretes ad Actor. VII. 22. fuse atque erudite commentatus est vir clarissimus Cornelius Adami in exercitationibus exegeticis, editis Groningæ A. 1712. 4. Exstat etiam Dan. Guil. Molleri dissertatio de Mose Philosopho, vulgata Altdorfii A. 1707. 4. De regulis Moysis Logicis, quem Διαλεκτικώτατον celebrant Clemens Alex. 1 Strom. p. 354. & Eusebius XI. 6. præparat. pag. 575. vide si juvat Melch. Leydeckerum lib. XI. de Rep. Hebræor. cap. 1.

Moyses auctor Legis oralis venditatus a Judæis.

Consule si placet Joh. Henr. Hottingeri Enneadem diss. 1. p. 13. 14.

Parva Geneſis.

Fragmentis quæ Tom. I. pag. 849. 850. quam plurima exhibui, addenda hæc duo vel tria.

Scholion ad Exodi XXIV. 15. ad verba:* καὶ κατέβη ἡ δόξα ☧ Θεῦ ἐπὶ τὸ ὄρος, ☧ Σινᾶ ᾗ ἐκάλυψεν αὐτὸ ἡ νεφέλη ἓξ ἡμέρας]

Ενταῦθα ἠξίωθη ὁ μέγας Μωυσῆς μ☧ τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας ἰδεῖν δι' ὀπτασιῶν, πῶς ἐν ταῖς ἓξ ἡμέραις ἐποίησεν ὁ Θεὸς τ ἀρανὸν ᾗ τὴν γῆν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, ☧ τάξιν μιᾶς ἑκάστης ἡμέρας, καὶ ζυγγράψαι παρεκελεύθη.

Ibi tunc dignus habitus fuit magnus Moses post illos XL. dies in visione intueri, quomodo sex diebus fecisset Deus cœlum & terram, & quæ in illis sunt omnia, & ordinem diei cujuscunque, & scripto hæc consignare est jussus.

Georgius Syncellus pag. 102. Chronic.

Μασιφᾶμ** ὁ ἄρχων Mastipham Dæmo- ☧

* Bibl Coisliniani celeberr. Montfauconi p. 15.

** Μασιφὰτ in loco Cedreni, quem habes Tomo I. pag. 861.

τῶν δαιμονίων, ὡς φησὶν ἡ λεπτὴ Γένεσις, προσελθὼν τῷ Θεῷ, εἶπεν. εἰ ἀγαπᾷ σε Αβραὰμ, θυσάτω τὸν υἱὸν αὐτοῦ.

niorum ſupremus, ut narrat parva Geneſis, Deum acceſſit, atque his verbis eſt affatus: Si te diligit Abraham, filium in ſacrificium offerat.

Freculfus lib. 2. Chron. c. 8. T. 14. Bibl. Patrum Lugd. pag. 1075.

Moyſes dum in hoſtes irruere diſpoſuit, ut ejus adventum minime prævidendo cognoſcerent, exercitum per loca invia deſerti deduxit. Difficultatem vero itineris impetus maxime ſerpentium, non ſolum repentium ſed etiam volantium per deſertum invia loca præbent. Ille autem divinitus accepto conſilio, ibes in caveis recluſas, quas ſerpentes maxime verentur, ſecum tulit. Eſt autem hoc animal ſerpentibus inimicum. Fugiunt enim eis advenientibus, & cum ſe celare voluerint, velut flatu cervorum abreptæ devorantur. Quarum ſolatio exercitum a peſte animalium venenatorum liberavit.

Catena in Pentateuchum a Franciſco Zephyro edita pag. 225.

Eſt quidem in Apocrypho Myſticoque Codice legere, ubi de creatis rebus ſubtilius agitur, nubem lucidam quo tempore mortuus eſt Moſes, locum ſepulchri complexam oculos circumſtantiam perſtrinxiſſe ita, ut nullus

neque morientem legislatorem, neque locum videre potuerit, ubi cadaver conderetur.

Floſculi Bibliorum.

ad Tom. I. p. 864.

Floſculi Bibliorum exſtant in Bibl. Regia Berolinenſi inter libros Theologicos An. 53. in 8. compacti cum Novo Teſt. Bruccioli. Diverſi utique ſunt a parva Geneſi, licet fortaſſe fabulas quasdam ex parva Geneſi petitas tangunt. Complectuntur Hiſtoriam ſacram ab initio Mundi ad ætatem adultam Domini Noſtri Jeſu Chriſti. Nullum ſe unquam fœdiorem librum Apocryphum vidiſſe teſtatur V. C. Mat. Veiſſerius la Croſe, ſpeciminis loco afferens hæc c. LII. de Caino: *Caym el qual fu huomo crudele, e fu il primo che trovo l'arte de la Sodomia, che hebbe a fare con uno ſuo figluolo.* Ibid. c. LIII. Tubal Cain. *queſto fu il primo che tendeſſe padiglioni - - - e fu uccellatore: e fu huomo di grande intelletto, e fu il primo che teneſſe e che dimeſticaſſe uccelli in gabia.* Cætera ſunt fere ejusdem farinæ, nonnulla etiam deteriora. Titulus quidem libri deeſt, ſed in fine adſcripta ſunt typis hæc verba: *Finito il libro chiamato Fioretto de tutta la Biblia. Impreſſo in Venetia per Nicolo Zopino e Vincentio Compagni, nel M. CCCCC. XXI. a dì 11 del Meſe de Auguſto. Regnante l'inclito Principe Meſſier Antonio Grimani.* In Vita Domini noſtri JEſu CHriſti fere omnes eædemque fabulæ occurrunt, quæ in Evangelio Infantiæ leguntur.

XII. Mo-

XII. Mosis fontes.

Petrus Bellonius lib. 2. Observationum c. 57.

Licet satis mature ad duodecim fontes perveniissemus, istic tamen subsistitimus. Horum aqua admodum salsa est & amara, feruntque duodecim fontes illos esse, quorum in Bibliis fit mentio: etenim Mosis fontes adhuc nominantur: Solo sterili, arenoso nitrosoque in ampliſſima planicie siti sunt, quinquaginta passibus forsitan inter se distantes, non quod omnium æqualis sit distantia, sed unius centum, alterius quinquaginta, reliquiorum plus vel minus. Omnes e terra scaturiunt ad tumuli vel colliculi radices, atque in varios rivos sese diffundunt, fontium perennium instar, qui paulo post in arena se condunt & evanescunt. Aestus tantam sitim nobis conciliaverat, ut salsam illam aquam singuli bibere cogeremur: quæ licet ob nitrum amara esset, ab omnibus tamen ob summam sitim grati saporis fuit reperta.

Moses cornutus.

Numos in quibus facies Moysis cornuta, unum alterumque dedi T. 1. p. 868. Ab his diversum etiam exhibuit Rev. D. Sal. Deylingius Parte 3. Obss. Sacrar. p. 65. & ex illo auctor diarii (Neu-eröffnetes Museum, XII. Oeffnung p. 1017.) Illos in opprobrium Christianorum confictos a Judæis suspicatur V. C. Jo. Jac. Baierus in Oryctographia Norica pag. 59. Nam & Steucho

Steucho Eugubino pridem monitum male habere Judæos, quod cum cornibus Moysen Christiani depingunt. De cornu Regum insigni Villalpandus T. 2. in Ezechielem Part. 2. p 337. ubi cornu in galea Tryphonis, in numo aureo. Brockhusius ad Tibullum p. 207. ubi de Bacho, & Frid. Gotthilf Freytag singulari diss. de Alexandro cornigero Lipsi. 1715. Ad radicantem ac splendentem Moysis faciem cornua referenda esse probavit nuper V. C. Frid. Adolph. Lampe in diss. de cornu salutis fulgido, inserta Tomo II Bibl. Historico-Theolog. Bremensis pag. 680. 681.

De rufis quos Moysi quidam, itemque Davidi tribuunt crinibus, meminit Paul. Christ. Hilscher commentario ad Psalmum CLI. pag. 74. 75.

Virga Mosis.

Georgius Codinus Origg. CPol. n. 108. ὅτε δὲ ἤχθη εἰς τὴν πόλιν ἡ Μωσέως ἡ ῥάβδος ὑπὸ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἐδέξατο αὐτὴν ὁ βασιλεὺς ἐκεῖσε ποδός &c. *Cum sub Constantino magno virga Moysis in urbem afferretur, pedes eam in hoc loco excepit Imperator, & magnam condidit Ecclesiam Deiparæ, ubi eam deposuit, atque templum S. Æmiliani valde ampliavit. Cæterum postea sacram illam virgam in Palatium transtulit.*

Moy-

Moysis sepulchrum.

B. D. Joh. Wolfgangus Jægerus, Theologus & Cancellarius Tubingensis, Hist. Eccles. Seculi XVII. Tom. 2. pag. 112.

Anno MDCLV. mense Octob. *Maronitæ* quidam Pastores capras in montibus *Nebo & Abarim* pascebant, cumque frequenter observarent, quasdam capras duobus tribusque diebus longius a grege exspaciari & abesse, reduces vero pilis admodum suaviter odoris esse, visum scrutari rem tam miram. Ergo ducibus capris ad præcipitia immanis profunditatis pervenerunt, intra quæ vallem brevi circuitu sed amœnissimam invenerunt, in quam difficilimus per rupes terræ motu, ut videbatur, hinc inde convulsas, descensus dabatur. Ibi reperta cavea suavissimi odoris & in ejus medio sepulcrum ex vivo saxo, literis quibusdam inscriptum. Ipsi Pastores cum stupore egressi, late odorem de se sordidisque cætera vestimentis spargebant, & rei novitate commoti, *Patriarchæ* Maronitarum in monte Libano & Monasterio S. Mariæ, quod *Kanoben Kadischa Mirjam* vocant, habitanti, nomine *Mataxat*, cuncta quæ viderant, quæ repererant, nunciarunt. Fidem faciebat odor inusitatæ suavitatis. Ergo missis eo duobus sacerdotibus, quos inter *Aben-Useph* doctrina ac prudentia excellens, monumentum repererunt; cui literis Hebræis inscriptum, *Moses, Servus Domini.* Exhilaratus tanti, ut videbatur, miraculi

culi magnitudine Patriarcha, Baſſam Damaſci *Morat* precibus ſollicitat, ut ſibi cuſtodia reperti ſepulcri committeretur. Sed *Græci* & *Armenii* & *Franciſcani*, ac denique Judæi, ſe iis opponere, ac ipſi inter ſe diſcordes, pecunia & largitionibus in aula apud *Muftim* & *Viſirium* certabant de *ſepulcro* ut putabant, Moſis reperto: Præcipue Judæi contendebant, *ſepulcrum* Moſis ad ſe ſpectare, & nihil glorioſius inter titulos Imperatoris Turcici fore, quam quod ſit *Dominus* trium ſepulchrorum, *Muhammedis* Meccæ. *Jeſu Chriſti* Hieroſolymis, & *Moſis* in monte Nebo. Sed *Jeſuitæ* cunctorum conatus ſuis artibus eluſerunt, ac magnis muneribus impetrarunt, ut *ſepulcrum* & ipſe aditus occluderetur, ac ne cuiquam, *ſub pœna mortis*, ad illud accedere liceret. Ita *Morat* Baſſa, miſſis Sangiakis *Hieroſolymæ* & *Saphettæ*, montes obſtrui ac ſepulcrum claudi juſſit.

Ipſi vero *Jeſuitæ*, inita cum Druſis conſpiratione, corpus Moſis clam auferre ex ſepulcro, & in *Europam* deportare nitebantur, magnam inde Ordini ſuo ſanctitatem & immenſas opes, haud vane promittentes: Jamque ſepulcrum ipſum multo labore aperuerant, cum vacuum illud & ſine ullo *corpore* aut *reliquiis* inveniunt, & dum inter ſe attoniti muſſitant, dum vel totum ſepulcrum, vel quia id fieri non poterat ob molem, partes ejus auferre ſecum deliberant. Res interea prodita Sangiakis *Hieroſolymæ* & *Saphettæ*, qui cito miſſis ſub *Jafer* Aga equitibus,

in

in ipso conatu Jesuitas male mulctatos oppresserunt, & ipsum sepulcrum ingentibus saxis, ut imposterum inaccessum foret, obstruxerunt. Magnæ inde in aula Constantinopolitana turbæ, & inter eruditos quæstiones, *quid de hoc sepulcro Mosis statuendum?* Sed doctus quidam Judæus, *Jecomas Benhad*, Saphettæ habitans, integro libro de hac materia scripto, ostendit, *non Mosis Servi Domini* hoc esse sepulcrum, sed alterius cujusdam Mosis, qui multis posterior sæculis fuerit. Atque ita opinio de reperto sepulcro Mosis iterum evanuit.

Moses assumtus in cœlum.

Quanquam Josephus notat Moysen in libris suis ipsummet scripsisse se mortuum Deuteron. XXXIV. 5. veritum scilicet ne essent, qui eum ad Deum adscendisse dicerent, γέγραψε δὲ αὐτὸ ἐν ἱεραῖς βίβλοις τεθνεῶτα, δείσας μὴ δι' ὑπερβολὴν τοῦ περὶ αὐτὸ λέγειν τοὺς τὸ θεῖον αὐτὸ ἀποχωρῆσαι τολμήσωσιν εἰπεῖν. Tamen apud Judæos traditio fuit Moysen assumtum in cœlum, ut viri docti ad laudatum Devteronomii locum notant ex Targum sive Paraphrasi Chaldaica in Psal. LXVIII. 19. *Ascendisti in firmamentum, o Moses Propheta, & captivam duxisti captivitatem* &c. Et ad Cant. I. 5. *Moses Magister eorum adscendit ad firmamentum, & posuit pacem inter eos & Regem eorum.* Non obstante scilicet morte Moysis credi hoc potuit, ut patet ex Matth. XVII. 3. Vide etiam Jo. Potteri notas

ad

ad Clementem Alex. p. 412. & de morte Moysis adde hæc Trebellii Pollionis in vita Claudii cap. 2. *Doctissimi Mathematicorum centum & viginti annos homini ad vivendum datos judicant, neque amplius cuiquam jactitant esse concessum: etiam illud addentes, Moysen solum, Dei (ut Judæorum libri loquuntur) familiarem centum viginti quinque annos vixisse. Qui quum quereretur quod juvenis interiret, responsum ei ab incerto ferunt Numine, neminem plus esse victurum.*

Libellos Rabbinicos de vita & morte Mosis, Latine recudendos dedi cum Gilberti Gaulmini notis Hamb. 1714. 8. additis Pseudo-Dorothei aliorumque veterum apospasmatiis de vitis Prophetar. & Apostolor. & de LXX. Christi discipulis: Bensira item, & alior. Orientalium sententiis a Paulo Fagio & Joh. Drusio pridem vulgatis, & Nicephori Callisti Græco Menologio. Alius liber de morte Moysis, de quo C.V. Jo. Henr. Majus in Catalogo MSS. Hebraicor. Uffenbachianor. p. 143. 144.

Singulari etiam dissertatione de morte Moysis ad Devt. XXXIV. commentatus est Rev. D. Jo. Andr. Schmidius, quæ Helmst. A. 1703 prodiit, recusa A. 1710.

Liber, Assumtio Mosis.

Sixtus Senensis libro 2. Bibl. Sanctæ.

Moysis ascensio, Græce ἀνάβασις Μωυσέως liber est de quo dicitur Judam Apostol. in sua Cathol. Epistola sumsisse testimonium Archangeli

geli Gabrielis altercantis cum cadavere Moysis. Inscribitur autem, ut opinor, hic liber Ascensio Moysis, quia continet ascensum Moysis de campestribus Moab super montem Nebo, in verticem Phasga contra Jericho; item colloquia Moysis jamjam morituri cum Deo peracta, & ejusdem sepulchrum Angelorum manibus in occulto loco effossum, disceptationem quoque Michaëlis & Diaboli.

Hugo Grotius ad Matthæi XXVII. 7.

Sic Zacharias* illud, *increpet te Deus, o Satan,* sumsit ex antiqua traditione, quæ deinde perscripta est in libro apocrypho, cui titulus ἀνάληψις Μωύσεως.

Psalmus XC. in Moysis

ΑΠΟΡΡΗΤΟΙΣ.

S. Athanasius in Psalmos Tom. 1. edit. Celeberrimi Montfauconi parte 2. p. 1162.

Ταύτην, φησὶ, τὴν προσευχὴν ἐν ἀποῤῥήτοις γεγραφότα τὸν Μωυσέα προφητεῦσαι, ὅπως ἂν ἔχοιεν οἱ ἐπ' ἐσχάτοις καιροῖς ἰδέναι πῶς δεῖ αὐτοὺς ἐξομολογεῖσθαι προσπεσόντας ταῖς συμφοραῖς αἳ γεγόνασιν αὐτοῖς ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων μὴ τὴν τοῦ Κυρίου ἀπείθειάν τε καὶ μαιφονίαν γνομένων. *Hanc ait orationem in arcanis descripsisse Moysen, ut qui consequentibus temporibus futuri erant, nossent quomodo oporteret confiteri delapsos in calamitates, quæ in extremis temporibus acciderunt, postquam Domino inobedientes fuerunt, illumque*

* cap. III. v. 2.

occiderunt. Eadem leguntur in Catena in Pialmos Tom. 2. pag. 859.

JOSUA.

Hunc eundem cum Apolline facit, Edmundus Dickinſon Delphis phœnicizantibus cap. 3. Cum Hercule alii, de quo ſingularis differt. Val. Gotfridi Herclitzii diſſ. Lipſiæ 1706. edita.

Cabbalam ne, ſive legem oralem a Moyſe acceperit & ad poſteros propagaverit, diſputat Nic. Serarius Tom. 1. in librum Joſuæ pag. 201. 202. Et num idem ſit auctor capitis poſtremi Devteronomii, pag. 209.

De precatione *Alenu* præter ſcriptores T. 1. pag. 873. a me laudatos conferri poterunt Jo. Wulferus ad Codicem Talmudicum Shekalim pag. 39. 40. Guil. Henr. Voſtius ad Davidem Ganz p. 269. Jo. Jac. Schudt ὁ μακαρίτης Jüdiſcher Denkwürdigkeiten Tom. 2. pag. 252. 253. & Tom. 3. p. 198. Jo. Henr. Majus in Catalogo MSS. Hebraicor. Uffenbachianor. pag. 65. 66. & Ex-Judæi Chriſtoph. Wallich in der Mayeriſchen Synagoga pag. 49. 50. & Dieter. Schwabe im Jüdiſchen Deckmantel lib. 2. cap. 14. pag. 68. 69.

De *numis* Joſuæ & Mardochai, ſæpius laudatus mihi Paul. Chriſt. Hilſcherus commentario ad Pſalm. CLI. pag. 46.

Epiſtola Regis Perſarum & Medorum ad Joſuam, cum aliis fabellis ex Abraami Zachut libro Juchaſin, & R. Gedaliæ Catena traditionis refertur

tur a Jo. Eusebio Nierembergio de origine S. Scripturæ lib. 1. c. 16. *Vide etiam Nic. Serarium ad Josuam Tom. 2. pag. 474. seq. & Jo. Buxtorfii nepotis cataleĉta cap. 274.*

Dixit Samuel Scholem: Inveni, & vidi in libro Chronicorum Cuthæorum, seu Samaritanorum narrationem, quam in quodam Judæorum Midras, seu explicatione viderunt ipsi. Ea est ejusmodi: Cum subegisset Israëlis terram Josue, & unum ac triginta Reges occidisset, accidit, ut ex istis uni cuidam Regi esset filius Rex minoris Armeniæ, qui Schobach nominabatur. Et hic stetit, Regesque Persarum, ac Medorum congregavit, numero 45. Acceperunt autem hi secum Japheth gigantem, seu robustissimum illum, qui contra multos hastam solitus erat vibrare: simulque arenæ, quæ est in littore maris, instar, exercitum collegerunt, & *epistolam ad Josue* miserunt: Ejus hoc exemplum est: Ab eximia, & fortunata congrega-" tione Persarum, ac Medorum Reges tibi, o Jo-" sue, fili Nun, salutem. Tu lupus es vesperti-" nus. Cognovimus quæ in propinquos no-" stros feciisti, quos in palatiorum nostrorum va-" stationibus mactasti, & nulli pepercisti, a pue-" ro ad senem: Patres occidisti gladio, omnes-" que famosas eorum urbes. Et idcirco audi" hoc, & cognosce nos ab hoc die ad tricesimum" ad te perventuros, obtenturos etiam te in hæ-" reditatis tuæ finibus, in monte Ephraim. Su-" mus nos quadragintaquinque Reges fortes: &"

"noſtrum cuilibet ſexaginta millia fortium, qui "adjacula, & armis inſtructi omnes, tenentes "gladium, reique periti bellicæ. In auxilio et- "iam noſtro eſt Japhet gigas, (*cujus antea memi- "nimus.*) Eapropter paratus eſto: paraque ti- "bi arma & ne dicas, faciam poſtea, quia contra "te venimus cito, cito. Tradiderunt autem illi hasce literas nuncio cuidam prudenti ac ſapienti, qui abiit, & invenit Joſue ſedentem in ſolio ſuo Regio; circa ipſum vero totum ſtantem populum. Et juſſit Joſue ſuum in conſpectum illum adduci nuncium: ad quem tamen non attendit, quoad dijudicandis Iſraelitarum negotiis finem impoſuiſſet. Tum vero ſcriptum illud e nuncii manu accepit, ipſumque in Dei domo legit in jejunio, fletu, ac planctu, & ſua in domo reſervavit, donec feſtus Pentecoſtes dies, qui tunc erat proximus, præteriiſſet. Noluit enim eo tempore moleſtiæ populo quidquam creare: ſed ut dicebam, illas apud ſe literas interea cuſtodivit: & cum Pentecoſtes elapſum fuit feſtum, univerſi cœtum coëgit populi: eoque audiente, literas illas perlegit, & dixit: Ecce quot pugnas pugnavi eo hactenus? Et quod decivi Reges? Nihil tamen ii me conturbarunt. Nunc tamen iſto in caſu pavor me ac tremor invadit. Ea cum audiſſent viri illi, & dolore affecti eſſent, vacillarunt omnium renes, colliſa ſunt aliis alia genua: dejecerunt in terram capita, & Joſue dixerunt: Quemadmodum Moyſem audivimus, ſic & te audiemus.

O Princeps, volumen accipe, digitum mitte, & scribe eo modo, ac stylo, quo solent homines, iisque, qui oderunt nos, responde, improbis nimirum, contumacibusque verbis, quæ dura, seu velut absinthium amara sunt. Respondit iis Josue: Consistite, & curabo audiatis literarum, quas ad illos concinnavi, formulam: & si vobis recta videtur, mittam illis. Et dixit omnis populus: Aperi os tuum, & illustria fiant verba tua. Tum legit, ac dixit:

In Nomine Dei Israël, qui fortes superbos" infirmat, impios contumaces morte afficit," peccatores nocentes consociatos dissipat, dis-" sipatos justos & sanctos consociat, ipse Deus" Deorum, & Dominus Dominorum, Deus A-" braham, Isaac & Jacob: Dominus vir pugna-" tor. A me Josue sermo Dei, & ab Ecclesia" sancta, electa, & beato cœtu Israëlis, filiorum" Abrahæ, Isaac & Jacob, populo nocenti, cœtui" exitiali eorum, qui colunt simulachra, & ado-" rant varia, salus nulla; Dixit Deus: Scitote" quia male feciſtis, quia excitastis leonem dor-" mientem, & exsuscitastis leonem. Nam cru-" entabitur, seu rubefiet ad dandum gladium in" manum eorum: Ego, ego evigilavi in justitia" ad referendam in caput vestrum mercedem" vestram. Et quid vobis ut veniatis in locum" sanctum? Et venietis vos, atque terram no-" stram contaminabitis? Parate vos ipsos, &" ne egrediamini e loco vestro, quia una dierum" hebdomada veniam ego ad vos, & interimam"

"fortes, & peribit a vobis fuga. Ecce vos glo-
"riamini, vos esse Reges 45. & cum vestrum
"quolibet sexaginta esse millia fortium. At
"non gloriabor ego nobiscum esse Reges terræ,
"sed Angelos Excelsi, quorum unus Sodomam
"evertit, & Gomorrham; unus diluvium in-
"duxit; unus terram divisit in 70 Populos, &
"populus, qui mecum est, 600000 fortium ro-
"bore, iique transierunt mare, atque aridam: &
"ante ipsos præivit Deus noctu & interdiu in
"columna nubis, & columna ignis, ex iisque
"electi duodecies mille interemerunt quinque
"Reges Madian, & Baalam filium Behor occi-
"derunt, omnesque masculos, & non factus ex
"iis reliquus quisquam. Sacerdos autem qui-
"dam nomine Phinees, cum sonoras in manu
"tubas habet iisque clangit, confestim hostes
"nostros omnes cogit ruere. Annon audistis
"de Pharaone, omnique ipsius multitudine?
"infixi sunt in mare, & nos velut in arida trans-
"iimus. An vobis non nunciatum quid Ama-
"lecho, ejusque populo fecerimus? An non
"vidistis, quæ Seoni & Hogo, duobus Amor-
"rhæorum Regibus, intulerimus? Et si vobis-
"cum est Japheth ille robustus, nobiscum est
"robustorum robustissimus Excelsus super
"omnem excelsum. Et audierunt filii Israël
verba hæc, & steterunt in statione sua: dimisit-
que Josue nuncium illum in terram suam. Is
vero venit ad eos, a quibus missus fuerat, iisque
retulit, quod viderat: Populi scilicet ordinem

&

& descriptionem staturæ Josuæ, quæ fuit cubitorum quinque: & quemadmodum is indutus hyacintho, & purpura, haberet in capite coronam Regiam, in qua Dei nomen inscriptum esset. Ista illi cum audiissent, ceciderunt in terram, & dixerunt: Quid est hoc, quod fecimus nos? Circumdedimus nobis ipsis omne malum hoc.

Tubas Hierichuntinas, quibus uti jussit Josua, Justiniani Imp. ætate adhuc superstites jactat Geo. Codinus in Origg. CPol. n. 145.

Geo. Henr. Sappuhnius in Commentatione Philolog. ad Punica Plauti, Lipsi. 1713. 8. *p.* 11. *sq.*

Alterum est, quod famosas illas Tingitanas columnas, in quarum inscriptione Phœnices, profugi Chananæi appellantur, qui fugerunt a facie Josuæ, nobis obtrudunt, Procopii, Strabonis, Suidæ, Ptolemæi & Leonis Africani testimoniis innixi. Verum licet ea non nova fama sit de fuga Chananæorum, cum & in Judæorum libris ejus mentio fiat, ut apud Aben Esram ad Genes. XXXVI. 20. *Audivimus ex ore* גדולים *Magnatum, quod* ארץ אלמנייא *Germani sint Chananæi, qui fugerant a facie bus Israëlitarum, qui terram sanctam occuparunt.* Et apud David Kamium in eundem locum: *Traditione accepimus quod* בני ארון אלמניא *Germani sint Chananæi, eo enim tempore quo fugerunt a facie bus Josuæ, venerunt in Alemanniam &* אשקלניא *Ascaloniam,* (*Sclavoniam* scribendum fuisse conjicio) *quæ sunt regiones Ascenas.* Cui accedit traditio Talmudis

mudis Hierosolymitani, ad quem Maimonides provocat Hilch. Mel. c. 6. §. 5. *Quod etiam declaratur in Talmud Hierosolymitano Capite VI. Massechet* שבועות *de juramentis: Dixit Samuel Nachmanides: tres* פרוסטגיות (de qua voce videatur Cohen de Lara) *misit Josua in terras septem Gentium. Primæ argumentum fuit: qui fugere vult, fugiat. Secundæ: qui pacem vult, dedat se. Tertiæ: qui bellum mavult, paret bellum. Gergesæi fidem Judaicam amplexi sunt* (scilicet ut Cosarli cum Rege suo, de quo alio tempore dicendi locus erit) *& fugerunt in Africam* (Esaiæ XXXVI. 17.) terram terræ ipsorum simillimam. Inculcat hoc insuper Bechai ex libro Siphre, & ejus hamaxarius, auctor libri Zenorenna fol. 120. 2. nec non Eusebius Chron. qui dubio procul aliquid inaudivit de fabulosa columnarum Tingitanarum inscriptione. Ea enim omnium animos ita occupaverat, ut R. Salomo Jarrhhi in Perusch ad Genes. I. 1. non dubitaverit vocabulum Græcum λῃστῆς, quod in dicta inscriptione Josuæ, Duci populi Israelitici non sine insigni injuria tribuitur, præter morem Gentis, suæ explicationi inserere. *Dixit Magister Jizchac: Non erat necesse ordiri Legem nisi a præcepto Novilunii,* Exod. XII. 2. *Quare igitur a Bereshit Principium est? Hoc factum est propter præstantiam operum Dei, ut indicaret populo, terras Gentium ipsis Israëlitis deberi hereditatis loco, ut, si populi dicturi sunt,* לסטים אתם *vos estis prædones* (listim, λῃσταί) שכבשתם ארצות *qui latro-*

latrocinati estis terras Gentium, Israëlitæ dicere possint: ipse creavit terram, & eam Gentibus ademtam nobis pro lubitu attribuit. Eas tamen opiniones rejicimus ideo, quia nemini Chananæorum fuga evadere integrum fuit, cum excisioni destinati essent, nec constans ea apud Scriptores fama est, & denique a moribus illarum Gentium alieniſſimum videtur, propriam turpitudinem monumento ad omnium sæculorum memoriam duraturo confiteri &c.

Thom. Hyde notis ad itinera Mundi, auctore Abrahamo Peritzol pag. 45.

Oræ maritimæ in Africa incolæ Carthaginensibus antiquiores erant Cananitæ, seu illius terræ Mercatores a Josua expulsi. Sacra enim Scriptura non dicit Josuam eos interfeciſſe, eos autem a facie ejus fuiſſe. Et quorsum fugerent mercatores rei nauticæ periti nisi per mare ut bona sua secum portarent, & per contrariam plagam, cum Josua eos per terram invaderet. Ad Procopii sententiam corroborandam facit quod D. Auguſtinus Epistola ad Romanos inchoata *interrogati* inquit, *rustici nostri quid sint? Punice respondent, Chanani* i. e. Cananæi.

Idem Hydeus p. 23. inscriptionem Procopio (ut T. 1. p. 891. notavi) memoratam putat conceptam fuiſſe sic:

אנחנו בורחים
מפני יהושוע
הגוזל בן נון

Antonii van Dale argumentis, quibus fidem

Procopii narrationi conatur detrahere, minime permoveri se professus est nuper vir eruditiss. Eric. Benzelius in notitia litteraria p. 5. neque me vel illius vel Sappuhnii, eruditi viri, permotum profiteor.

Duodecim lapides * a Josua positi, adhuc superstites incerta fide ferebantur tempore Abbatis Hagioduli, apud Jo. Moschum in prato spirituali cap. 11. Tom. 2. auctarii Bibl. Patr. Ducæani p. 1062.

Liber coronamentorum (apicum in litteris שעטנז) quem *Eli* sacerdos attulit ex 12 lapidibus, quos Josua erexit in Gilgal, memoratur in Buxtorfii Lexico Talmudico p. 2562. & Rev. Wolfii nostri Bibl. Hebr. T. 1. p. 97.

Sortes Apostolorum & Prophetarum.

Liber superstitiosus memoratur a Petro Blæsensi de præstigiis fortunæ Tom. 24. Bibl. Patr. edit. Lugd. p. 1268.

SAMUEL Propheta.

Reliquias ejus CPolin allatas tempore Arcadii Imp. narrat Theodorus Lector lib. 2. Hist. Eccles. p. 568.

Cornu

* Ejusmodi lapidem sive σήλην in monumentum posuisse fertur Alexander Magnus apud Suidam in Βεσχμᾶνες, cui inscriptum: ἐγὼ μέγας Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς ἔφθασα μέχρι τέτε. *Ego magnus Alexander Rex hucusque perveni.*

Cornu olei, quo inunxit Samuel Reges Israëlis, jactatum CPoli in monasterio μυρεκεφάτε, ita enim legendum in Codini Origg. CPolitanis n. 128. pro μυελοκεφάτε.

Prophetarum Ætas.

ad Tom. I. p. 896.

Georgius Cedrenus p. 86. Hist.

Ἐπὶ μὲν Σαὰλ προεφῆτ᾽ ἦσαν Δαβὶδ καὶ Σαμουήλ. Ἐπὶ δὲ Δαβὶδ αὐτὸς ὁ Δαβὶδ, Γὰδ, Νάθαν, Ἀσάφ. Ἐπὶ Σολομῶντος καὶ τῶν μετ᾽ αὐτὸν Ἀχίας ὁ Σιλωνίτης, Σαμαίας ὁ Ἀδῶν. Ἐπὶ δὲ Ἰωσαφὰτ καὶ τῶν μετ᾽ αὐτὸν, Μιχαίας, Ἠλίας, Ἐλισσαῖος, Ἀβδίου, Ἰηοῦ, Ὀζιήλ, Ἐλεάζαρ, Ἀζαρίας. Ἐπὶ δὲ Ἐζεκίου καὶ τῶν μετ᾽ αὐτὸν, Ὠσηὲ, Ἀμὼς, Ἡσαΐας, Ἰωνᾶς. Ἐπὶ δὲ Ἰωσίου καὶ τῶν μετ᾽ αὐτὸν, Ἱερεμίας, Σοφονίας, Ὁλδὰ, Βαρούχ. Ἐπὶ Σεδεκίου, Ἱερεμίας, Ἀμβακούμ. Μετὰ δὲ τὴν αἰχμαλωσίαν Ἐπὶ Ἰησοῦ, Ἀγγαῖος καὶ Ζαχαρίας.

Prophetæ fuerunt Sauli tempore Samuel & David. Davidis, ipse, & Gad, Nathan, Assaph. Solomonis & successorum, Achias Silonites, Semæas Adonis. Tempore Josaphati, & qui post eum regnarunt, fuere Michæas, Elias, Elisæus, Abdias, Jehu, Oziel, Eleazar, Azarias. Ezechia regnante ac deinceps, Oseas, Amosus, Esaias, Jonas. Josiæ ætate ac post, Jeremias, Sophonias, Olda,* Baruchus. Sedeciæ regno Jeremias, Abacucus. Post captivitatem sub Jesu, Aggæus

* De Holda, vide Acta Sanctor. T. 1. April. 10. p. 858.

ας. Δανιὴλ καὶ Ιεζεκιὴλ ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ ἐν Βαβυλῶνι προεφήτευσαν.

& Zacharias. Daniel, Ezechielque in ipsa captivitate, Babylone vaticinati sunt.

DAVID Propheta & Rex.

Nomen rectius scribitur Δαυὶδ, quam Δαβὶδ, atque in vetustioribus Codicibus Græcis vel δαὲδ, plerumque vel Δαυὶδ exstat, recte, utpote ex דוד sive ut plenius in paralipomenis legitur דויד quod interpretantur δυνατὸς χειρὶ vel ἱκανὸς χειρὶ *manu fortis*, ita Olympiodorus in c. 1. Ecclesiastæ, Hesychius MS. in Psalmos, Gallus Confessor pag. 18. ut alios Suicero laudatos omittam. Sunt etiam quibus *visu desiderabilis* exponitur. Ita S. Augustinus XXII. 87. contra Faustum, & Rufinus in Psal. II.

De vita & rebus Davîdis, sive ut Sedulius Dávidis, consulendi:

Jac. Altingius T. V. Opp. p. 362.
Jo. Bisselius decade 3. illustrium viror.
Jo. Bochius in vita Davidis observationibus ad Psalmos adjuncta.
Abrah. Cowley Davideis, libris IV. Anglico carmine, cum notis.
Histoire de David par Mr. l'Abbé *Choisi*.

Hie-

Hieronymus Drexelius in Davide Rege, Tom. 2. Opp.

C. F. Feuerlein & *Gabriel Groddeckius* in dissertationibus Apologeticis pro Davide contra Dictionarium Historico-Criticum *Petri Bælii*, & *Christ. Thomasii* Tom. III. der Historie der Weisheit und Thorheit.

David, poëme heroique, par *Monsr. Desfargues*, 12.

Jo. Masson Tom. I. & II. Hist. Criticæ Reip. literar. Gallice editæ.

Georgii Serpilii Leben der Bibliſchen Scribenten, parte IX.

Petrus Simon & *Augustinus Calmet* in Dictionariis Biblicis Gallice editis.

Jo. Hieron. Sopranis Davides commentario illustratus.

Otto Vietor in vita Davidis Germanice edita, cujus primum Volumen prodiit in 4.

Unſchuldige Nachrichten, An. 1703. pag. 133. 134.

S. Damasi & *S. Hieronymi* versus in Davidem T. 27. Bibl. Patrum Lugd. p. 88.

Josuæ Barnesii Davideis inedita.

DAVID,

DAVID, dum furorem simulat, scribens nescio quid in ostio domus Achis.

Jo. Saubertus in palæstra disquisitt. pag. 182.

De fugitivi & periclitantis Davidis astutia refert inter alia Scriptura 1 Sam. XXI. 13. ויתו על דלתות השער quod LXX. male reddidere: καὶ ἐπιπλεν ἐπὶ τὰς θύρας τῆς πύλης. Siquidem verbum תור significatum habet *signandi* & *scribendi*, docente Kimchi in Michlol part. 2. fol. 241. col. 556. R. Mardochai Nathan in Concordantiis explicat גבול או סימן *definire, designare.* Marinus, Reuchlinus, Avenarius, Buxtorfius Omnes radicem istam vertunt: *scripsit, notavit, signavit, lineavit* &c. ut sensus sit, Davidem non cecidisse, sed stulta opera egisse, quale est scribere ad ostium domus, pinxisse eum stultorum more mirabiles & ridiculas figuras in valvis. תוה enim nuspiam significat cadere, prolabi. Chaldæus rectissime vertit: ויתו על רשי הרעא. R. Dav. Kimchi in glossa ויתו על דלתות השער Vaitau *super ostia portæ*] שהיה כיתב בדלתו השער או משרט שריטות *Nimirum scripsit super valvas januæ, aut incidit sculpturas.* fol. 319. col. 1. Ita etiam Sal. Jarchi, Levi ben Gerson, auctor Lakach Tof, aliique Rabbini. Arias Montanus & Xantes Pagninus: *Et designabat super fores portæ.*

portæ. Munsterus: *scribebatque super ostia portæ.* Vetus versio Germ. Tigur. und kratzet mit den Nägeln an der Thür an dem Thor. Piscator. und mahlete an die Thür des Thors. Versio Belgica juxta Synodum Dordracenam emendata, paullo aliter: *ende hy bekrabbelde de deuren der poorte.* Latinum interpretem primum vertisse: *& pingebat in ostia portæ,* docet Munsterus. Postea illud *pingebat* mutatum fuit in *impingebat,* compositum verbum, ut hodienum legere est apud Vulgatum. Id cum ambiguum sit, & modo significet *scribere, pingere,* modo *allidere,* decepit aliquot interpretes, neglecto fonte Vulgatum secutos, & manifesto lapso transferentes: und er stieß sich an der Thür im Thor. Sunt tamen hanc quoque versionem cum Fonte qui nituntur conciliare.

Scutum Davidis & Numi.

Iconem scuti Davidici duplicem diversam ab ea, quam Tom. 1. pag. 1007. exhibere me memini, dedit Jac. Wolfius in scrutatore amuletorum tabula quinta. De eodem atque aliis Judæorum amuletis Kircherus Tom. 2. Oedipi parte 2. pag. 445. 446. Bartoloccius Tom. 3. Bibl. Rabbinicæ pag 251. 252. Gustav. Peringer dissert. de amuletis Judæor. Upsal. 1685. 8. Jo. Jac. Schudt in Jüdischen Merkwürdigkeiten

ten Tom. 2. pag. 75. 76 & lib. 6. pag. 19. Jo. Saubertus in palæstra diss. pag. 64 & in operibus posthumis pag. 257. Joan. Wulferus in theriaca pag. 74. Wagenseilius de hydraspide pag. 16. D. Jo. Benedict. Carpzovius ad Schickardi jus regium Hebræor. pag. 78 D. Joan. Diecmannus in scriptis junctim editis Germanice pag. 314. Paul. Christ. Hilscherus ad Psalmum CLI. pag. 28. Jo Henr. Majus in Catalogo MSS. Hebraicor. Uffenbachianor. pag. 180. ubi de libro *scutum Davidis*, & pag. 371. nec non p. 339. ubi de amuleto composito ex Psal. XC. atque XCI.

De numis Davidis præter scriptores Tomo 1. pag. 1014. memoratos conferri poterunt laudatus Hilscherus pag. 46. 47. Rev. Georg. Serpilius parte nona operis de Biblicis scriptoribus, editi Germanice, pag. 341. 342. & Celeberr. Jac. Basnage in Historia Judæorum, Gallice vulgata lib. IV. cap. 17. Tom. 3. pag. 252. 253. Tantum notare juvat in numis Samaritanis, in quibus literæ *schin* & *daleth* obviæ sunt, illas non significare siclum Davidis, sed annum quartum Simeonis, principis Maccabæorum. Vide Rich. Simonis novam Bibliothecam selectam, itidem vulgatam Gallice T. 2. p. 134.

EPISTO-

EPISTOLA BARUCHO TRIBUTA APUD SYROS, ET DIVERSA AB LIBRO, QUI SUB EJUS FERTUR NOMINE, ET AB EPISTOLA JEREMIÆ PROPHETÆ SUPPOSITA, QUÆ EIDEM LIBRO SUBJICI SOLET.

Petrus Daniel Huetius Demonstrat. Evangel. Propositi. IV. edit. Lipsiens. pag. 450.

Fertur & inter Syros, ut dixi, Epistola Baruchi, quam omnino suppositam dicas. Ita vero de futuro judicio, & futuræ vitæ pœnis ac cruciatibus disserit, ut Christiani hominis fœtum esse omnino existimem; alicujus fortasse ex his Monachis, qui Syriæ deserta primis Ecclesiæ temporibus magno numero incoluerunt. Nugatoria sunt quæ de Angelis narrat, a Deo missis ad convellendas Hierosolymitanas arces ac mœnia, & abscondenda Templi vasa, ne hæc polluerent hostes, & a se fuisse destructa illa gloriarentur. Scripta fingitur ad novem tribus ac dimidiam, trans Euphratem deportatas, ne hanc Israeliticæ gentis partem neglexisse videretur Baruchus, qui alios a Nabuchodonosore Babylonem adductos, & reliquias populi in Judæa manentes alloquiis & adhortationibus suis, altero Libro descriptis, ad pietatem & pœnitentiam erexerat. Scripta fingitur post Hierosolymitanum excidium, quod post eandem calamitatem Baruchi liber fuerit compositus. Quo quidem argumento colligitur pro certo habitum fuisse priscis temporibus, Prophetiam Baruchi editam fuisse, non solum post*

* Exstat edita in Polyglottis Parisiensibus & Londinensibus, unde eam desumsi.

post abductum Jechoniam, quod volunt quidam, sed etiam post Sedecianam cladem. Capite secundo hujus Epistolæ scripta hæc leguntur: In hunc etiam modum scripsi fratribus nostris Babylonem, & ipsis quoque hæc eadem contestor. *Quibus ipsum Baruchi vaticiniorum librum notatum esse credi potest: quod tamen non est ita; nam Syri suppositiitiam hanc Epistolam, primam Epistolam appellant; Librum vero vaticiniorum Baruchi, secundam Epistolam: nempe quod prior illa non multo post Hierosolymæ direptionem fingatur scripta, cum e Palæstina nondum excessisset Baruchus; vaticinia vero, toto ab ea clade quinquennio. Præterea vaticiniorum Liber, Epistola non est ad Jechoniam missa, sed Liber ipsi, aliisque exulibus Babylone prælectus.*

EPISTOLA PRIMA BARUCHI SCRIBÆ.

CAPUT I.

Atque hi sunt sermones, quos misit Baruch filius Neriæ ad novem tribus ac dimidiam quæ erant trans fluvium Euphratem: & hæc scripta erant in ea *Epistola*. Sic dicit Baruch Neriæ filius; Fratribus captivis misericordiam & pacem. Memor, fratres mei, dilectionis ejus qui creavit nos, qua nos antea dilexit, nec unquam nos odit, licet nos castigaverit; & vere cognoscens quod ecce colligati

gati sumus omnes duodecim tribus eodem vinculo, utpote ab uno eodemque patre geniti: Ideo magis studui relinquere vobis verba hujus epistolæ antequam morerer, tum ut consolationem percipiatis in malis quæ vobis acciderunt, tum etiam ut doleatis de malo quod contigit fratribus vestris, tum demum ut justificetis judicium ejus qui sententiam captivitatis in vos tulit: (minus enim est quod passi estis quam quod feciſtis:) ut postremis temporibus inveniamini digni majoribus vestris. Si nimirum animo censeatis hæc, vos in bonum vestrum nunc esse passos, ne postremo judicaremini & suppliciis deputaremini; tunc recipietis spem æternam: si præsertim auferatis e corde vestro errorem vanum propter quem hinc demigrastis. Si enim hæc ita feceritis, semper recordabitur vestri is qui singulis temporibus causa nostri pollicitus est iis qui præstantiores nobis erant, se non in perpetuum obliturum nostri aut derelicturum nos, sed multa clementia denuo collecturum eos qui disperſi sunt. Itaque fratres mei, sciendum vobis est primum quid acciderit Sioni: quod scilicet ascenderit contra nos Nebuchadnosar rex Babylonis. (Nam quia peccavimus in eum qui fecit nos, neque servavimus præcepta quæ mandaverat nobis; etiam nobis accidit quod contigit vobis ac multo quidem magis cruciat nos casus noster.) Jam inquam fratres mei, notum facio vobis quum obsedissent

dissent hostes urbem, missos fuisse angelos Altissimi, destruxisse arces mœnium fortissimorum, & evertisse angulos munitissimos illos ferreos qui evelli non poterant. Veruntamen vasa quædam vasorum sanctuarii absconderunt, ne comprehenderentur ab hostibus: & quum hæc fecissent, tunc tradiderunt hostibus mœnia jam eversa, domum direptam, templum succensum, & populum devictum ubi traditus fuisset: Ne gloriarentur inimici ac dicerent, Tanto robore excelluimus, ut vel ipsam domum Altissimi bello destruxerimus. Præterea fratres vestros vinctos abduxerunt Babylonem, ibique collocarunt; adeoque remansimus hic admodum pauci. Hic est dolor quem scribo vobis: nam optime novi quod magnam afferebat vobis consolationem habitatio Sionis. Quo certiores eratis eam esse fœlicem, tanto quidem major fuit dolor quo affecti estis quod ab ea recesseritis. Verum quoad consolationem, audite verbum: Equidem lugenti mihi Sionem, & misericordiam petenti ab Altissimo, ac dicenti; Quousque tandem hæc perdurabunt nobis, & incunctanter advenient nobis mala ista quæ fecit Potentissimus secundum misericordiam suam, & Altissimus pro magnitudine clementiæ suæ? revelavit mihi verbum ut consolarer, & ostendit mihi visiones ut amplius non dolerem, notum fecit mihi secretum temporum, & momentorum adventum indicavit mihi. Pro-

pterea fratres mei, ſcribo vobis, ut conſolemini a multitudine mœroris veſtri. Noveritis autem omnino ulturum nos factorem noſtrum a cunctis hoſtibus noſtris eodem prorſus modo quo fecerunt nobis; item valde propinquum eſſe finem quem facturus eſt Altiſſimus, & miſerationes ejus ut veniant; neque procul diſtare terminum judicii ejus. Ecce quidem videmus jam multitudinem proſperitatis gentium, licet ipſæ impie agant; ſed vapori ſimiles ſunt. Intuemur multitudinem ditionis earum, quamvis eæ perverſe ſe gerant; ſed guttulæ ſimiles erunt. Videmus etiam firmitatem roboris earum, licet ipſæ Potentiſſimo reſiſtant omni momento; verum quaſi ſputum reputabuntur. Contemplamur gloriam magnitudinis earum, quum ipſæ non ſervent præcepta Altiſſimi; ac ſicut fumus elabentur. Mente concipimus nitorem vitæ earum, quamvis ipſæ turpiter ſe gerant; ſed velut herba flaccida areſcent. Conſideramus immanitatem crudelitatis earum, quum eæ finis nequaquam recordentur; at quaſi fluctus labentes conterentur. Animo pervolvimus pulchritudinem potentiæ earum, licet ipſæ negent gratiam largitoris; verum tanquam nubes prætervolans elabentur. *Nam Altiſſimus velociſſime accelerabit tempora ſua, & quamprimum adducet momenta ſua, ac plane judicabit eos qui ſunt in orbe ſuo: omnia veritate examinabit per quascunque actiones earum occul-

occultas, & exacte perveſtigabit cogitationes arcanas, & quicquid in penetralibus omnium hominis membrorum reconditum eſt, & in apertum coram omnibus hominibus cum objurgatione prodet. Quapropter ne adjiciatis animum ad ullam iſtarum rerum præſentium, ſed potius patienter agamus; quoniam adveniet quod promiſſum eſt nobis. Ne ſpectemus modo gentium voluptates, ſed memores ſimus eorum quæ ad finem promiſſa ſunt nobis. Nam illico transituri ſunt termini temporum ac momentorum una cum omnibus iis quæ continentur in eis, in fine vero ſeculi tunc oſtendet potentiam ſuam magnam moderator ipſius, quum omnia ad judicium venerint. Vos itaque parate corda veſtra ad ea quæ jamdudum credidiſtis, ne utroque ſeculo concludamini; hic captivi, ibi cruciandi.

CAPUT II.

Quod enim modo præſens eſt, aut quod præteriit, aut quod venturum eſt in his omnibus, neque malum eſt abſolute malum, neque bonum perfecte bonum: Siquidem ſanitates omnes præſentes in morbum vertuntur, fortitudo quæque præſens vertitur in imbecillitatem, omnis potentia præſens vertitur in anxietatem, omnis vigor juventutis vertitur in ſenectutem & interitum, omnis pulchritudo decoris præſentis mutatur, flacceſcit & fit

exosa, omne dominium superbum præsens vertitur in abjectionem & in pudorem silentii, omnis splendor & fastus præsens vertitur in ruinam defectus, omnis voluptas & jucunditas præsens vertitur in vermem & corruptionem, omnis rumor gloriæ præsentis vertitur in pulverem & silentium, omnis possessio divitiarum præsens revertitur ad solam foveam, omnes rapinæ aviditatis præsentes vertentur in mortem invitam, omnis concupiscentia passionis vertetur in judicium tormenti, omnis fraus & astus præsens vertetur in objurgationem veritatis, omnis dulcedo unguentorum præsens vertetur in judicium & condemnationem, omnis amor falsitatis vertetur in probrum per veritatem. Cum hæc omnia nunc fiant, putatne aliquis ea non esse ulciscenda? Uno denique verbo, omnia ad veritatem ventura sunt. Ego igitur ecce significavi vobis dum vivo; dixi enim quod virtutes addiscere-tis. Nam præcepit mihi Potentissimus ut hortarer vos & proponerem vobis tantillum ex præcepto judicii ejus, antequam morerer. Mementote quod aliquando contestando contestatus est in vos Moses cœlum ac terram, * dicens: Si legem transgressi fueritis, dispergemini; sin autem servaveritis eam, custodiemini. Sed & alia prædixit vobis, quæ quoniam dum simul essetis duodecim tribus in deserto, post obitum ejus rejecistis a vobis; ic circo

* Deut. XXX. 19.

iccirco evenerunt vobis ea quæ prædicta fuerant. Nam Moſes quidem prædixerat vobis antequam acciderent vobis, & en acciderunt vobis; dereliquiſtis enim legem. Ego etiam ecce dico vobis poſtquam paſſi eſtis; quod ſi obtemperaveritis iis quæ dicta ſunt vobis, accipietis a Potentiſſimo quicquid repoſitum & reſervatum eſt vobis. Sit autem hæc epiſtola inter me & vos teſtimonio quod eritis memores mandatorum Potentiſſimi; ut mihi quoque ſit excuſatio coram illo qui me miſit. Memores etiam eſtote legis, Sionis, terræ ſanctæ, & fratrum veſtrorum; Et fœderis majorum veſtrorum, ſolennitatum atque ſabbathorum ne obliviſcamini. Tradite hanc epiſtolam cum traditione legis filiis veſtris poſt vos, quemadmodum vobis etiam tradiderunt patres veſtri. Et jugiter omni tempore precamini, & orate diligenter ex toto animo veſtro, ut placetur vobis Potentiſſimus, & non adſcribat *vobis* multitudinem peccatorum veſtrorum, ſed recordetur rectitudinis majorum veſtrorum: nam niſi pro multitudine miſerationum ſuarum judicet nos, væ nobis omnibus genitis. Præterea ſciendum vobis eſt, quod priſcis temporibus & ævis antiquis, majores illi noſtri habebant adjutores, *nempe* juſtos & prophetas ſanctos: quin etiam quum in terra noſtra eſſemus, adjuvabant nos cum peccaremus, & deprecabantur pro nobis eum qui fecit nos, (quippe qui freti eſſent operibus ſuis.)

& Potentissimus audiebat orationem eorum, & miserebatur nostri. Nunc autem justi ablati sunt, & prophetæ occubuerunt, nos etiam e terra nostra exivimus, & Sion ablata est a nobis, & nihil jam restat nobis præter Potentissimum & legem ipsius. Quod si dirigamus & disponamus corda nostra, recuperabimus omnia quæ amisimus, imo multo multisque modis præstantiora iis quæ amisimus: quæ enim amisimus, corruptioni erant obnoxia; quæ vero accepturi sumus, incorruptibilia sunt. In hunc etiam modum scripsi fratribus nostris Babylonem, & ipsis quoque hæc eadem contestor. Sint autem semper ob oculos vestros hæc omnia quæ prædicta sunt, quoniam adhuc in spiritu (i. e. *animati*) sumus & potestate libertatis nostræ. Insuper etiam Altissimus patienter hic agit nobiscum, notum fecit nobis quæ futura sunt, neque abscondit a nobis quæ sunt eventura. Priusquam ergo judex exigat quod suum est, & veritas quod sibi debetur, paremus animum nostrum ut accipiamus, non ut accipiamur; & ut superemus, non ut erubescamus; ut requiescamus cum majoribus nostris, non ut cruciemur cum hostibus nostris. Juventus enim mundi præteriit, & vigor creaturæ jamdudum desiit, & spatium temporum perbreve est, imo transierunt: proxima est amphora puteo, & navis portui, cursus itineris urbi, & vita termino. Præterea parate vos ipsos ad quiescendum postquam navigaveritis & e navi

ascen-

aſcenderitis, non autem ad quieſcendum dum iter facitis. Ecce enim quum adduxerit Altiſſimus hæc omnia, non erit illic amplius locus pœnitentiæ, neque terminus temporibus, neque dilatio momentis, neque mutatio viis, neque locus precibus, neque emiſſio poſtulationum, neque ad capeſſendam ſcientiam, neque condonator culpæ, neque locus pœnitudini, neque deprecatio pro delictis, neque ſupplicatio parentum, neque oratio prophetarum, neque auxilium juſtorum. Erit *autem* illic ſententia corruptionis, iter ad ignem, & ſemita perducens ad gehennam. Propterea unum per aliud, una lex, unum ſeculum, & hi qui in eo ſunt, omnes finem habebunt: ac tunc ſervabit eos quorum miſereri poterit, ſimulque perdet eos qui fuerint peccatis involuti. Quum ergo meam hanc epiſtolam acceperitis, legite eam in cœtibus veſtris accurate, eamque contemplamini, præcipue diebus jejuniorum veſtrorum: meique memores eſtote per epiſtolam iſtam, quemadmodum & ego veſtri memor ſum in ipſa: & ſemper valete.

MERO-

MERODACH BALADAN REX BABYLONIS.

S. Ephraim Syrus in Esaiæ XXXIX. apud Josephum Simonium Assemanum, Syrum Maronitam in Bibl. Orientali Clementino-Vaticana (Rom. 1719. fol.) pag. 79.

Sub idem tempus Merodach Baladan, filius Baladan, Rex Babylonis, litteras misit & munera Ezechiæ: audierat quippe illum morbo, quo diu jacuerat, convaluisse. Quamvis autem & hanc ob causam legationem ad Ezechiam Baladanus miserit, gratulatum scilicet illi recuperatam valetudinem: altera etiam causa hujus legationis interceſſit. Avebat quippe cognoscere portentum retrogradi Solis: Solem enim Baladanus colebat: quamque prima, sexta & nona hora diei adorasset, vesperamque præstolaretur, consuetæ adorationis pensum persoluturus, vidit Solem in medio cœli in meridie. Quærens autem rei insolitæ causam, didicit illud portentum in gratiam Ezechiæ patratum, quo Isaiæ dictis fidem haberet. Misit igitur ad ipsum Baladanus munera & honorificam legationem, rogans ut de Solis portento ipsum tuto doceret. Ille autem Merodach Baladan alius est ab eo qui Jechoniam liberam dimisit, quum

quum tredecim supra centum anni ab adventu legatorum ad Jechoniæ captivitatem intercesserunt. Paucos nempe dies vixit Sarhadam, ejusque regno per Babylonios sublato, rerum Babylone potitus est Evil Merodach.

Loca ex sacris scriptoribus V. Test. allegata, quæ in illis non leguntur.

S. Chrysostomus ad Matthæi II. ult. homil. IX. pag. 104.

Ἵνα πληρωθῇ γάρ, φησὶ, τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τῶν προφητῶν, ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται. καὶ ποῖος προφήτης τοῦτο εἶπε; μὴ περιεργάζου, μηδὲ πολυπραγμόνει. πολλὰ γὰρ τῶν προφητικῶν ἠφάνισται βιβλίων. καὶ ταῦτα ἐκ τῆς ἱστορίας τῶν Παραλειπομένων ἴδοι τις ἄν. ῥᾴθυμοι γὰρ ὄντες οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ εἰς ἀσέβειαν συνεχῶς ἐμπίπτοντες, τὰ μὲν ἠφίεσαν ἀπολυθῆναι,

Ut impleretur, inquit, *quod dictum est per Prophetas, quoniam Nazaræus vocabitur.* Quis igitur asseruit prophetarum? Nequaquam scruteris ista, neque in hujusmodi fueris curiosus. Multa enim ex propheticis periere monimentis, quod de historia Paralipomenon probare possibile est. Desides enim cum essent Judæi: nec desides modo, sed & impii: alia quidem perdiderunt negligenter,

τὰ

τὰ δὲ αὐτοὶ κατέκαιον καὶ κατέκοπτον. καὶ τὸ μὲν Ιερεμίας διηγεῖται. τὸ δὲ ὁ τὴν τετάρτην συντιθεὶς τῶν βασιλειῶν, λέγων μετὰ πολὺν χρόνον μόλις τὸ δευτερονόμιον εὑρῆσθαι κατωρυγμένον πȣ καὶ ἠφανισμένον. Εἰ δὲ ȣ̓κ ὄντος βαρβάρȣ, ȣ̓τω τὰ βιβλία πρȣ̓δωκαν, πολλῷ μᾶλλον τῶν βαρβάρων ἐπελθόντων. ἐπεὶ ὅτι γε προεῖπον οἱ προφῆται, καὶ οἱ ἀπόστολοι πολλαχȣ̃ Ναζωραῖον (αὐτὸν) καλȣ̃σι.

alia vero tum incenderunt, tum conciderunt. Et de prophanitate quidem tali Hieremias * refert, de negligentia vero in quarto Regum libro ** legimus: quoniam post multum temporis vix Deuteronomii sit volumen repertum, defossum quodam in loco, ac pene deletum. Si autem absque ulla incensione templi, absque ullo impugnante civitatis tumultu, sacri tamen libri varie deperibant: quis jam istud inter illas depopulationes, vastationesque hostium, inter illa templi ac totius urbis incendia contigisse miretur? Ceterum quia prophetæ prædixerant, idcirco etiam Apostoli Nazarenum eum frequenter appellant.

Atha-

* Jerem. XXXVI. 23.

** 4 Reg. XXII.

Athanasius Sinaita cap. 12. hodegi pag. 214.

Ὅρος ἄριστος ἀνδρῶν πανσοφωτάτων τυγχάνει λέγων, αἱ πραγματικαὶ ἀντιῤῥήσεις, καὶ παραστάσεις, ἰσχυρότεραι, καὶ πιστότεραι, καὶ κραταιότεραι καθ' ὑπερβολὴν τυγχάνουσι τῶν ῥηματικῶν λέξεών τε, καὶ βιβλικῶν ῥήσεων. αἱ μὲν γὰρ πραγματικαὶ παραστάσεις. οὐδαμῶς παραγραφῆναι, ἢ ῥαδιουργιθῆναι δύναν). αἱ δὲ ῥηματικαὶ τῶν δέλτων ἐκθέσεις, πολλάκις ὑπὸ ἀνδρῶν κακοφρόνων προσθήκας, καὶ ὑφαιρέσεις πάσχουσιν. ὡς ἔξεστι μαθεῖν τὸν φιλόπονοι, καθὼς καὶ ἤδη προεῖπον, ἐκ πολλῶν ἀντιγράφων, οὐ μόνον δογματικῶν, ἀλλὰ καὶ Μωσαϊκῶν, καὶ προφητικῶν παρηλλαγμένων. καὶ γοῦν κατὰ τὸν ἐφετικὸν χρόνον διάφο-

Præclare a sapientissimis viris dictum est; refutationes & probationes per rem & opera, longe esse firmiores, fideliores, & valentiores, quam quæ in solis verbis consistunt, & ex libris hauriuntur: illas enim non posse depravari, ac in alienum sensum flagitiose detorqueri: has vero sæpe ab improbis aut additione, aut subtractione corrumpi; quod quivis harum rerum studiosus cognoscet, ut antea diximus, ex multis exemplaribus non modo dogmaticis; sed & Mosaicis & Propheticis monumentis; Etenim cum exoptato quodam tempore diversa exemplaria Hieremiæ Prophetæ in

ρα

ρα τεύχη ψηλαφήσας Ιερεμίᾳ τ προφήτε, ἐχ ἕυρον ὅλως ἐν αὐτοῖς τὰ τριάκοντα ἀργύρια τ τιμῆς τ Χριστ. ἔτε τὴν πρᾶσιν τ ἀγρ τ κεραμέως. εἰ ἓν αὐτ ἱερᾶς γραφῆς ἐκ ἐφείσαντο οἱ κακόπιστοι, τόσῳ καὶ μᾶλλον τ διδασκαλικῶν λόγων, καθὼς καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν πλατύτερον εἰρήκαμεν. ἐκεῖν Δὲ πραγμάτων μᾶλλον ἰσχυροτέρως καταισχύνον τ οἱ αἱρετικοὶ, καὶ ἄπιστοι.

manus sumpsissem, in illis penitus non reperi * triginta argenteos, pretium Christi venditi. Neque figuli agrum venditum. Si igitur ne ipsis quidem sacris litteris a fide orthodoxa alieni parcunt; quanto minus fallarias manus a doctorum lucubrationibus abstinebunt, de quo jam antea copiosius dictum. Rebus igitur valentius & validius in ruborem dantur hæretici, fideique veræ expertes.

Confer Josephi hypomnesticon cap. CXXI.

De locis Jeremiæ & Esdræ quæ ex Codicibus Biblicis erasa a Judæis scribunt Justinus Martyr, Origenes & alii, vide Huetium ad Origenem Tom. I. pag. 157. Barthol. Germonium de hæreticis Ecclesiasticorum Codicum corruptoribus pag. 171 ff. sed & B. Thom. Ittigii Dissert. recusam in ejus variis Opusculis Lipsi. 1715. 8. D. Joan. Georg. Neumanni Programmata p. 110. Steph. le Moyne Varia Sacra Tom. 2. p. 488. 495. & Diss. ad Jerem. XXIII. 6. pag.

* Sed vide quæ de hoc loco Tom. I. p. 1103. sq.

pag. 82. & D. Sal. Deylingii Obss. Sacras Part. 2. c. 21. Quam parum verisimiliter hoc Judæi arguantur, paucis ostendi T. 1. p. 1152.

Locus Jacob. IV. 5. ex Apocrypho libro repetitus.

B. Gotfrid. Olearius Observatt. ad S. Matthæum pag. 81.

Jacobus Apostolus IV. 5. Scripturam dicere a) ait πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα ὃ κατῴκισεν ἐν ὑμῖν, quæ verba ex Gen. VI. 3. 5. eum accepisse statuunt plerique, quibus calculum etiam

a) Negat hoc cum Jac. Capello Jo. Claudius T. 5. Opp. postumor. p. 28. sq. atque verba ἢ δοκεῖτε ὅτι κενῶς ἡ γραφὴ λέγει; putat referenda esse ad versum præcedentem, ibique faciendam στιγμήν. Sed non verisimile hoc est, neque voces ἡ γραφὴ λέγει ita habent in præcedentibus diserta ad quæ respiciant Scripturæ Vet. Test. verba, ac potius dixisset ἢ δοκεῖτε ὅτι κενή ἐστιν ἡ γραφή, vel ὅτι κενῶς ἑαυτὰ ἡ γραφὴ λέγει, quam verba κενῶς λέγει ita absolute & sine addito ejus quod dicit scriptura posuisset, quod nec Græca nec Latina lingua patitur, licet in Gallica recte dixeris cum Claudio: *pensez vous que l'Ecriture parle en vain?* Idem verba quæ apud Jacobum sequuntur, ita transfert: *l'Esprit qui habite en nous, convoite contre l'envie, mais il donne une plus grande grace, & pour ce il dit,* πρὸς φθόνον *contra invidiam*, ut Camerarius & Jo. Coccejus, non *ad invidiam*, ut alii interpretantur. Cæterum verba illa interrogativa esse, quod vult Witsius, non possunt: quia præcedit interrogativum ἢ ante δοκεῖτε, atque post μείζονα sequitur adversativa δέ.

etiam addidit Hugo Grotius & Henric. Hammondus, ſolide profecto contradixit b) Cartwrigtus in Electis Targumico Rabbinicis ad illum Geneſeos locum. Ex Exodi itaque XXIII. 23. depromptum eſſe putarunt alii, ex Num. XI. 29. Junius & Piſcator, c) quorum ſententiam ſecutus Thó. Gatakerus fuit Adverſar. c. 20. p. 639. Ex Deut. VII. 2. & 5. alii: Ex Jobi V. 2. D. Thomas: Ex Proverb. d) cap. XXI. ſolus ni fallor Sam. Wardus, Ipſuicenſis: alii rurſus ex Epiſt. ad Rom. XII. 2. Ex libro Sapientiæ I. 4. Hugo & Lyranus. Jo. Clericus, quod in nullo iſtorum locorum diſerte dici, quod Jacobus habet, videret, ad traditionem Judaicam recurrendum ſibi eſſe exiſtimavit, non infrequens exiſtimans, ut traditiones hujusmodi Judæorum de ſenſu quorundam Scripturæ locorum ipſius Scripturæ nomine allegentur. Simon Epiſcopius vero in reſp. ad 64 quæſtiones Quæſt. IV. T. 1. Opp. part. 2. p. 4. ſe quidem quæſitum *quis locus ſit Scripturæ ad quem reſpicit Jacobus*, dicturum ait *ſe id neſcire. Fieri enim poſſe credere, ut Scriptura illa* e) *in qua locus ille tum extabat, interci-*de-

b) Refellit etiam Herm. Witſius, qui de hoc loco omnino videndus in Meletematibus Leidenſibus Diſſ. XII. de ſpiritu concupiſcente ad invidiam p. 440. ſq.

c) Huic ſententiæ aſſentiuntur etiam Lud. Capellus, Witſius, Theophilus Amelius, Januar. p. 17.

d) Ex Proverb. III. 34. & IV. 9. Dan. Heinſius, Jo. Coccejus ex 2 Tim. I. 7. & Cantic. VIII. 6.

e) Idem ſentit Socinus Lect. Sacr. pag. 306. & Nortonus Knatchbull, *ubi reperiatur ſcriptum, non liquet, periit ergo ut & alia Scripturæ multa.*

ciderit. Quibus gemina ex Adversariis Gatakeri in Synopsi sua Criticorum Matthæus Polus allegavit, quæ tamen apud ipsum Gatakerum ego quidem reperire non potui.

JEREMIÆ Epicedium in cædem Josiæ.

Memoratur 2 Chron. XXXV. 25. atque superfuit adhuc tempore Flavii Josephi: μέχρι νῦν λαμένει *usque ad hæc tempora exstat,* inquit ille lib. X. cap. 6. Antiquitatt. Non legitur hodie Jerem. XX. 14-18. neque in threnis, sed intercidit. Utrum vero fuerit Jeremiæ Libnensis, Josiæ soceri, 4 Reg. XIII. 31. ut contendit vir celeberrimus Herm. ab Hardt Progr. in Abenesram, Helmst. 1712. 4. p. 13. An Jeremiæ Anathotensis Prophetæ, ut volunt communiter, ac Josephus diserte testatur, alii viderint. Mihi verisimilior est Josephi sententia, quanquam hactenus viro doctissimo Hardtio adsentior, quod non in sacro Bibliorum codice sed extra illum fuerit istud in cædem Josiæ epicedium. Hæc autem paullo audacior conjectura, quod Josephum non ex sua sententia illud testatum fuisse, sed vulgarem tantummodo sententiam de scripto hoc retulisse opinatur. Sed verba ejus apponere juvat:

Illa ætate multa circumlata opera & scripta veterum, sacrorum etiam autorum, suppositicia, quæ non ab ipsis viris divinis, sed ab aliis

profecta, pro autoritate tamen illis concilianda *nomen prætextum religiosum.* Neque exinde sequitur, vel autorum illorum fuisse, quorum nominibus venditantur, vel sacro volumini fuisse inserta quondam, dein excidisse, vel latere alicubi in corpore sacro non agnita. Erat in primis priscum seculum solers, ut scriptis vel suis affingerent autores alios, vel alienis, quorum celebritatem quærerent, magnos, eosque prisci & remoti ævi. Qualia scripta, veterum nomine, supposita, in hunc usque diem magno numero inter Judæos supersunt. Quorum aliqua, ob superstitionem, veterem licet, manifestam tamen, ab ipsis Judæis rejiciuntur aut refutantur. Nomine Eldad & Medad venditatum opus Aben Esra sine metu refellit.

Ipse eventus locupletissimus testis, Josephum non sacrum corpus indigitasse, sed alium fasciculum, in quo illud Jeremiæ in Josiam epicedium. Quandoquidem illud hodie plane expiravit, in Judæorum exilio, integro illorum veteri corpore sacro superstite. Quod Josephus jam tum fore subauguratus, qui animadverteret, cum scriptum esset non sacrum, servatum quidem eo usque esse, fieri tamen posse ut pereat aliquando. Id quod arguit illa timidiuscula formula; *In hunc usque diem servatus libellus:* De quo verendum an semper sit servandus & ad seros annos propagandus. Qui *metus Josephi tacitus* excludit spem perennitatis. Ut eventus hodie illam spei fugacitatem confirmavit.

Interea

Interea disquirere animus non est, num Josephus revera ex sua sententia pro Jeremiæ prophetæ libro habuerit, an solum recitaverit communem sententiam. Multorum siquidem peritorum consuetudo, tametsi aliter sint persuasi, & ex solidis principiis convicti, tamen, in rebus historicis aut receptis commemorandis, loqui cum cœtu. Neque enim vel fas, vel locus, impugnare ubique populi sensum vel fascinum, quæ extorquere sæpe nec dignum nec honestum, nec proficuum. Referunt docti passim non quæ sunt, sed quæ æstimantur aut venditantur. Populum refellere, est ignem gladio fodicare. De Josepho vero definire, quæ ejus fuerit mens, an revera senserit ita, ut pro Jeremiæ Prophetæ scripto haberet, an solum ex populi sententia seu communi opinione loqueretur, supervacaneum. Quod si in aliis ex animi sententia, ut apparet, communes populi sententias recensuit, quidni & hic cum populo senserit, similiter opinione sueta & vulgari fascinatus? Plenum autem Josephum esse in commorandis Judaicæ gentis fabellis, periti dudum detexere viri. In rebus sua ætate gestis fidem meretur, quod intelligunt experti, sed in traditis, millies fide caret, non res habens exploratas, sed populi rumorem secutus, aut scripta suæ ætatis, quæ vulgo valerent.

Psalmus CXXXVII. an Jeremiæ?

Catena in Psalmos Tom. 3. p. 657.

Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ Ιερεμίᾳ.

Επιγέγραπται μὲν τισὶ τῷ Δαβὶδ διὰ Ιερεμίᾳ. ὅτι δὲ πεπλάνηνται καὶ ἀπ' αὐτῶν ἔστι ῥημάτων μαθεῖν. Ιερεμίας γὰρ τὴν εἰς Βαβυλῶνα αὐτοῖς αἰχμαλωσίας ἐκ ἐκεινώνητε, Βαβυλωνιακὸς δέ ἐστιν ὅτος ὁ ψαλμὸς, ὡς καὶ αὐτὰ δείκνυσιν ἐν προοιμίοις τὰ ῥήματα. Θαυμάσαι δὲ ἄξιον, πῶς μεταξὺ κεῖται τῶν ἐπινικίων, ὅτος αἰχμαλωσίαν κηρύττων. ἐξ ὧν δῆλον ἐτὸ μὴ κατὰ τάξιν συντεθεῖσθαι τὸν ψαλμὸν, ἀλλ' ὡς εὑρέθησαν. ὅτος ἓν αἰχμαλωτιζομένοις αὐτοῦ λέγει, καὶ ἄρτι τὴν Βαβυλωνίας ἐπιβαίνοντας.

Psalmus David Jeremiæ.

A nonnullis quidem inscribitur Davidi per Jeremiam: *verum ipsos erraſſe vel ex ipsis verbis discere liceat. Jeremias enim minime particeps fuit captivitatis Babylonicæ: hic autem Psalmus est Babylonicus, ut ipsa quoque verba in exordio ostendunt. Ceterum admiratione dignum est, quomodo hic Psalmus inter victoriales referatur, cum prædicet captivitatem. Unde clarum fit Psalmos non secundum ordinem digestos fuisse, sed prout fuerant reperti. Hic igitur captivos eos exhibet, & recens Babyloniam ingressos.*

De

De ABDIA Propheta.

Ephræm Syrus apud Joseph. Simonium Assemanum in Bibl. Orientali Clementina pag. 70.

Abdias erat ex terra Sichem de agro Ephræm, a) discipulus Eliæ Prophetæ. Hic erat tertius b) ex illis quinquagenariis cui parcens Elias ad Achabum descendit. Posthæc Regis famulatum abdicans, prophetavit & mortuus sepultusque est cum patre suo. Uxor hujus Abdiæ fuit illa c) quæ Elisæum prophetam adiit rogavitque pro duobus filiis suis, a quibus debita patris exigebantur ut solverent aut servirent: cui Elisæus ex aqua oleum fecit.

De EZECHIELE Propheta.

Dan. Papebrochius in Actis Sanctor. T. I. April. 10. pag. 857. seq.

Expositus est omnium oculis omnibusque Prophetiarum Ezechielis liber, cujus capite 29. cum notetur transmigrationis annus 27. apparet eum per annos quidem 22. ut minimum prophetasse: quantum vero temporis aut prophetiæ aut vitæ addendum sit, in obscuro manet: uti & mortis genus, nisi quod S. Athanasius libro de incarnatione dicat: *passus est pro populo, quia ventura prædicabat.* Sepulturæ locum licet

a) Epiphan. ἐξ ἀγρῶ Βηθαχάμαρ.
b) 4 Reg. I. Epiphanio ὁ τρίτος πεντηκόνταρχος Tom. 2. pag. 245.
c) 4 Reg. IV.

cet ex apocryphis habeatur ſcriptis, credibile eſt ex vero prodi, ut cujus diu permanſerit inter Judæos & Chriſtianos memoria venerabilis: *Agrum Maur* vocatum ajunt, apud Græcos in Synaxario Μαθὲρ ſcribitur. Quod autem eodem in loco ſepulti olim fuerint *Sem & Arphaxad progenitores Abrahæ*, etſi non improbavit Romani martyrologii recognitor Baronius, gratis traditum a Rabbinis aut potius confictum arbitramur: cum de loco vitæ & ſepulturæ eorum nihil ſacræ literæ habeant, neque credibile ſit apud Chaldæos idololatras tam diuturnam eorum ſuperfuiſſe memoriam. Cæterum & hæc & alia ſimilis farinæ plura ex qualicunque Epiphanio accepta pleraque, prolixe congeſta reperimus in MSto Synaxario Græco Collegii Pariſ. ad diem 21 Julii, quo die ipſum quædam alia MSS. Græca, reliqua vero cum excuſis Menæis die 23. referunt. Quin & vultus Prophetici lineamenta adduntur, æque gratis excogitata. Videri poſſunt Ezechielis miracula quæ ex prætenſo Epiphanii libro, Hebraicis fabulis ſcatente habet Surius, & quæ ex eodem libro aliisque collegit Petrus de Natalibus lib. 4. c. 41. *de quibus*, inquit Salianus, *ſuſpicio eſt multorum non improbabilis, hæc a Rabbinis pro ſacra in hoc genere licentia ac temeritate fuiſſe excogitata - - Et vero quomodo talia nullus Daniel, nullus Baruch, nullus Esdræ, nullus Joſephus ac Philo, ſcripto prodidiſſent, aut vexatos a Chaldæis Judæos non verbo aliquo ſignificaſſent?* Quomodo autem vexari potue-

potuerunt quibus in Chaldæa pacate patienterque viventibus multam felicitatem promiserat Deus, usque in tempus suæ reversioni destinatum & designatum per Hieremiam Prophetam.

DANIELIS Prophetæ visiones.

ad Tom. 1. p. 1031. & 1137.

In Codice Barocciano 148. *Danielis visiones.* Incipiunt: ἐν ἔτει τρίτῳ. Ὅρασις ἔνδεκα τοῦ προφήτου Δανιήλ. Danielis visiones e Codice Regis Galliæ 1845. allegat Anselmus Bandurius ad Antiquitates CPol. p. 872. Leo Allatius de Georgiis p. 351. *Oracula cum figuris picta, Methodii Patarensis, Visiones Danielis, Prophetæ, & Chosroæ Regis Persarum, & Theophili presbyteri Rom. translata Græce a Georgio Zegabeno, prætereaque Leonis Philosophi & Imperatoris.*

DANIELIS ΠΡΟΦΥΛΑΚΤΗΡΙΟΝ CONTRA LEONES.

Ex MSto Cabbalistico hoc traditur in Catalogo MSS. Bibl. Uffenbachianæ pag. 104. תיה יעו ואה ממה המה הלין

MARDOCHAI.

Talmudici in Mischna Shekalim cap. V.

Petachias est Mardochai. Eccur autem vocatur nomine Petachiæ? Quia res absconditas aperuit, easque exposuit, & septuaginta linguas calluit.

Plura hanc in rem collegit vir Rev. Johannes Wulferus in notis ad Codicem hunc Talmudicum pag. CXI. seq. Etiam Nestoris annos ei tribui a Judæis vitamque ad trecentesimum, vel ut in Juchasin legitur, ad quadringentesimum annum productam pag. 113. observat.

ESDRÆ Anathema in *Samaritanos.

Scipio Sgambatus in Archivis Vet. Testam. p. 404. ex Jalkut in libros Reg.

Esdras ejusque assecłæ convocarunt Ecclesiam totam in templum Domini, & statuerunt trecentos Sacerdotes tubas manibus tenentes: trecenti quoque pueri adstabant libros legis in manibus habentes. Et clangentibus Sacerdotibus, ac Levitis interea Psalmos concinentibus, obstrinxerunt Samaritanos per arcanum Dei nomen explicatum, & per scripturam tabularum Anathemate, quod æque valeret in superna, ac Cælesti Curia, atque in terrena & humana, ut qui buccellam suam cum Samaritano comederet, perinde esset, ac si suillam gustasset; utque nemo audeat Samaritano communicare, nec pars illis esset in resurrectione mortuorum, nec hæreditas, nec memoria in Israel: quod Anathema, cum iis misissent, qui Babylone erant

* Epiphanius Esdram missum ad Samaritanos scribit a Rege Assyriorum, Judæi Dositheum. Vide Sam. Petiti Ecclogas Chronologicas lib. 2. p. 115.

erant Judæis, illi addiderunt חרם על חרם Anathema super Anathema; & Cyrus Rex hæc omnia rata esse voluit.

Esdræ Index dierum fastorum.

Petrus Lambecius lib. VII. de Bibl. Vindobonensi p. 240. memorat tabulam manu exaratum Græce quæ inscribitur: ἀγαθαὶ ἡμέραι ἃς ἔδειξεν ὁ Θεὸς τῷ Ἔσδρᾳ τῷ ἱερεῖ.

LIBRI nusquam exstantes, quorum in sacris scriptoribus mentio fit, vel fieri videtur.

Ex Rev. D. Franc. Alb. Æpini tabulis Biblicis.

Libri Historici deperditi.

1 Liber bellorum Domini, Num. XXI. 14.
2 Liber justorum, Jos. X. 13. & 2 Sam. I. 18.
3 Liber verborum dierum sive Chronicon Salomonis, 1 Reg. XI. 41.
4 Chronicon Regum Israelis, 1 Reg. XIV. 19.
5 - - - Regum Juda, 1 Reg. XIV. 29. XV. 7.
6 Libri Nathanis & Gadis de Rege Davide, Chron. XXX. 29.

7 Li-

7 Libri Nathanis, Ahiæ & Jeddonis de Rege Salomone, 2 Chron. IX. 29.
8 Liber Seruaja de Rege Rehabeamo, 2 Chron. XII. 15.
9 Liber Jehu de Josaphato, 2 Chron. XX. 34.
10 Liber Esaiæ de Rege Usia, 2 Chron. XXVI. 22.
11 Liber Chozai de Rege Manasse, 2 Chronic. XXXIII. 18.

Libri Prophetici.

12 Prophetia Henochi, Epist. Jud. v. 14.
13 Liber Lamentationum, 2 Chron. XXXV. 25.
14 Volumen Jeremiæ a Jehudio crematum, Jerem. XXXVI. 2. 6. 23.

Dogmatici.

15 Liber rationum regni s. juris Regii a Samuele scriptus 1 Sam. X. 25.
16 Salomonis parabolæ, Cantica & Disputatt. Physicæ, 1 Reg. IV. 32. 33.

Adde Josephi hypomnesticum cap. 120. & e recentionibus Drusium lib. de Henocho cap. 27. seq. & Rev. Wolffii nostri Bibl. Hebr. Tom. 2. p. 211. seq.

LIBER

LIBER QUARTUS

ESDRÆ

CUM

LOCIS VETERUM ILLUM ALLEGANTIUM,

ET

DIFFERENTIIS

Ac SUPPLEMENTIS

EX

VERSIONE ARABICA,

QUÆ

MANUSCRIPTA EXSTAT OXONIÆ IN BIBL. BODLEJANA.

AD LECTOREM.

I.

Vir celeb. *Guilh. Whiſtonus* ad calcem Vol. IV. operis quod edidit Anglice, placuitque illi inſcribere *primitivam Chriſtianitatem*, Lond. 1711. 8. exhibuit verſiones duas Anglicas libri quarti Esdræ, alteram factam ex Latino vulgato, alteram a viro litterarum Orientalium callentiſſimo *Sim. Ockleio*,* ex vet. verſione MSta Arabica expreſſam. Cum autem in plurimis a vulgato hæc diſſideat, alia omittat, plura interdum adjungat, operæ pretium viſum eſt mihi varietates illas omnes ac ſupplementa latine reddita annotare, & vulgato una cum locis quibusdam veterum, libri illius quædam allegantium, adjungere.

II. Idem Whiſtonus in diatriba paradoxa (ut ſunt illius viri pleraque) qua Apoſtolicam fidem Conſtitutionibus quæ ſub Apoſtolorum nomine ambulant, conciliare contendit (*eſſay on the Apoſtolical Conſtitutions pag.* 34. & 76. & 304 *ſq.*) hunc Esdræ librum quartum ſcriptum eſſe putat ab Ex-Judæo quodam Chriſtiano circa A.C. XCIX. cui congruit *Henr. Dodwelli*, eruditiſſ. viri conjectura, qui in diſſ. IV. Cyprianica §. 2. & 23. libri hujus ſcriptorem coævum eſſe conjicit

* Whiſtonus præf. hiſtorica T. I. præmiſſa p. 5. Diem obiit Ockleius menſe Sept. an. 1720.

conjicit *Johanni* auctori Apocalypseos, nec non *Hermæ* sive Hermati, cujus Pastor bonam partem in visionibus variis referendis versatur, perinde uti quartus hic Esdræ liber totus fere est in visionibus atque revelationibus. Neque tamen visiones Hermæ vel Pseudo-Esdræ, cum divina Apocalypsi & in Ecclesiis Christi recepta, nisi temere aliquis comparaverit: neque quod idem Dodwellus diss. 2. in Irenæum velit, divinam Hermeti aliisque apocryphis illius ætate scriptis tribuerit auctoritatem. De ætate autem libri quarti Esdræ verisimilior hæc mihi videtur Dodwelli ac Whistoni opinio, quam suspicio viri itidem doctissimi *Petri Allixii*, qui in Epistola ad *Ezech. Spanhemium*, inserta hujus operi de usu & præstantia numismatum T. I. ed. Lond. pag. 70. eundem a Montanista ex Judæo scriptum conjicit. Antequam enim Montanus Ecclesiam hæresi sua turbaret, liber ille lectus jam erat a scriptore Epistolæ quæ sub Barnabæ Apostoli nomine ambulat. B. D. *Theoph. Spizelius* lib. de Israelitis Americ. p. 43. *Semi-Christianus ille pariter ac Semi-Judæus pseudo Esdræani Codicis auctor, salutiferis non minus Christianorum placitis, quam subtilibus Rabbinorum fabulis strenue imbutus, tantum non ἀμφίβιον agere, & utriusque Religionis conclamatam olim harmoniam haud obscure est meditatus.* Eadem sententia *Augustini Calmet* in diss. de hoc libro, Gallicis in Canonicum Esdræ librum commentariis adjuncta.

III. *Josephus Scaliger* in Scaligeranis p. 143.

librum

librum hunc dixit ex multis veterum scriptis coacervatum esse. Certe prima & postrema capita quæ in Arabica versione desiderantur, potuerunt ceteris fuisse adjuncta. Illa autem quæ in Arabica versione extant, versa ex Syriaco, Syriacum ex Græco, quod ut suspicor Græce legebatur sub titulo Ἀποκάλυψις Ἔσδρα & memoratur in Catalogo veteri libror. Apocryphorum quem exhibeo infra p. 308. & a *Nicephoro* homologeta in loco quem dedi Græce & Latine in Codice Apocrypho Novi Test. T. I. p. 652. Syriace tamen & Græce nemo hactenus fuit qui hunc Esdræ tributum librum professus fuerit se vidisse, uti nec Hebraice: licet *Petrus Galatinus* sub initium librorum de arcanis Catholicæ veritatis testatur suo tempore famam fuisse de tertio & quarto libro Hebraice repertis CPoli: nec desint* qui tradant Syriacum fuisse apud Josephum Scaligerum, & in Leidensi Bibliotheca asservari, quod minime mihi persuadeo, neque in Catalogo MSS. Bibliothecæ Leidensis legati Scaligeriani ullam ejus mentionem potui reperire.

IV. Nicolaus Lyra, quemadmodum & glossæ ordinariæ & interlinearis auctores, hunc libr. prorsus sunt prætervecti. Nam & quæ a nonnullis Lyræ adducitur censura, non ad hunc quartum

* Abrah. Bartholus in Præfat. ad aquilam Esdræam, oder Auslegung einiger Gesichter im 4 Buch Esdra: Joh. Christian Nehrings Einleitung in die Sybillinischen Bücher pag. 72.

quartum sed ad tertium, Esdræ adscriptum, librum pertinet: *Liber iste qui dicitur Esdræ secundus, videtur magis ab alio doctore, nescio quo conscriptus & ex pluribus collectus. Nam sic describuntur plura, quæ in primo Esdræ valde sunt sufficienter descripta. Non est autem verisimile, quod ipse repetiverit in alio libro sine necessitate: & ideo liber iste dicitur à doctoribus apocryphus, ut patet in prima parte summæ S. Thomæ de Aquino Qu.* 10. *Artic. circa primum argumentum.* Librum Esdræ secundum appellat Lyra, qui aliis tertius est, Nehemiæ librum, secundi (*) Esdræ libri loco computantibus: Athanasio in Synopsi, primus. Vicissim in Arabica versione qui quartus nobis, primus est Esdræ liber, ab auctore ipso secundus in latina versione habetur ac nuncupatur. Hunc notis aut commentariis nemo veterum, quod sciam: recentiorum pauciſſimi illustrandum sibi sumserunt. Germanice quidem M. *Abrahamus Bartholus* cujus Aquila Esdræa sive explicatio visionum quarundam libri quarti Esdræ prodiciit, Lipsiæ 1622. 4. & M. *Joannes Affenburgius* scholæ Tangermundensus Rector, cujus versio & Scholia viderunt lucem sine loci notatione A. 1598. 4. Latine *Conradus Pellicanus*, cujus scholia in quartum librum Esdræ exstant in ejus Operibus tomo quinto, edito Tiguri A. 1535. fol. *Theodorus Bibliander* expositione somniorum capitis XII. & XIII. Basil. 1545. 4. Pauca quædam notavit & inter-

m

(*) Ita passim veteres, ut Origenes T. I. Huetii, p. 371.

interpolavit etiam, Latinam versionem recensens *Sebast. Castellio*, & qui majore licentia usus est in ea pro lubitu mutanda *Franc. Junius*. Veteris latinæ versionis quæ vulgatis in editionibus, quas sum secutus, in capita XVI. versiculos DCCCLXXII. distinguitur, auctorem esse Hieronymum neque argumentis idoneis probari potest, neque credibile videtur. Germanicam interpretationem duplicem ab Assenburgiana diversam, una cum tertia Belgica exhibent Biblia pentapla A. 1712. in agro Steinbeccensi prope Hamburgum excusa, in Tomo secundo.

V. Librum quartum Esdræ fuerunt quoque qui pro Canonica Scriptura haberent, tametsi non à nostris duntaxat Augustanæ Confessionis subscriptoribus, & à Reformatis communiter, sed & à Tridentino Concilio omittitur & Apocryphus habetur: & in variis Bibliorum editionibus ne quidem inter Apocryphos Ecclesiasticos libros locus illi relinquitur. Præter Gilbertum Genebrardum vero, Johannem item ac Renatum Benedictos, aliosque apud Jo. Rainoldum T. I. prælect. in libros Apocryphos p. 249. Anabaptistæ etiam, Schwenckfeldiani atque Weigeliani apud B. D. Jo. Mullerum nostrum in Anabaptismo edito Germanice Hamb. 1644. 8. p. 30. seq. sacris Scripturis quartum Esdræ, visionesque in eo recensitas divinis annumerant. Societatis itidem Rosicruceæ membra quædam pro canonico admiserunt teste B. D. Abrah. Calovio T. 1. Systematis Theologici p. 515. cujus gene-

generis homines non mirum est visionibus illis somniisque duci, quem in modum Antonia Bourignonia quartum Esdræ non modo inter Canonicos referendum, sed & reliquis anteferendum statuit. Scaligerum vero Patrem in Exercitationibus ad Cardanum Canonicam tertii quarti que Esdræ auctoritatem affirmasse, frustra, ni fallor, Heideggerus aliique ex his ejus verbis collegerunt: *Arcana multo plura continentur in libris Esdræ atque potiora quavis enarratione. Eos libros, quod hoc eloqui ausus es, suspicor te non vidisse, quorum admirabile ac divinum compendium apud me est Syra conscriptum lingua. In iis igitur, longe uti dixi præstantiores sententiæ continentur, quam in concionibus sordidissimi calumniatoris* &c. Disputat enim Scaliger adversus Cardanum, utrum lectis audita præstent? quod cum affirmet ille lib. XIV. de subtilitate, hic Exercitatione CCCVIII. contrarium ostendere conatur eo argumento, quod libri extent pluribus rebus rarioribus abundantes, longeque plus bonæ frugis in se complexi, quam quælibet oralis & extemporalis enarratio. Id Esdræ libris in medium adductis illustrat, ubi de canonica eorum auctoritate nihil ei in mentem venit, sed multa divina, hoc est præclara ac mirabilia arcana iisdem contineri innuit. Neque de tertio & quarto Esdræ libro ipsi sermo fuit, quos Cardano invisos fuisse ne suspicari quidem poterat: sed de compendio LXX. librorum sub Esdræ nomine proditorum, quos sum-

ma sibi impensa conquisitos lectosque testatus est in Apologia sua Joh. Picus Mirandulanus. Quem Joh. Picum non potest negari & illos LXX. libros, & quartum Esdræ inscriptum librum pro vero Esdræ fœtu agnovisse. Septuaginta autem, quos se habere jactavit, libros, illos ipsos arbitratus est, qui 4. Esdræ XIV. 46. celebrantur, quo nomine arguitur à Steph. le Moyne notis ad varia Sacra p. 838. Rich. Simone lib. 3. Historiæ Criticæ Vet. Testam. pag. 82. Johanne Morino Exerc. Bibl. pag. 292. & aliis.

VI. Jo. Pistorius exprobrat B Luthero, quod Pseudo-Esdræ libros tertium & quartum non veritus fuerit Æsopi fabulis comparare, Bibliisque exturbare. Cum tamen apocrypha & procul abjicienda somnia vocare non dubitaverit Hieronymus, & post Sixtum Senensem Bellarminus ipse Rabbinorum Talmudistarum somnia in quarto Esdræ agnoscat lib. 1. de Verbo Dei cap. ult. Hinc inconsiderantiam Pistorii merito perstringunt B. Jo. Gerhardus Exegesi Loci de S. Scriptura §. 175. & Conr. Hornejus de S. Scriptura p. 119. Ac profecto fabulis valde affinia sunt, quæ capite VI. 49. sqq. de Behemoth & Leviathan, capite XIII. 12. sq. de reditu Israelitarum in terram Canaan per Euphratem siccatum narrantur. Non procul item à fabulis abest, quod capite XIV. legitur, seculum juventutem suam perdidisse & invalidum à senectute factum esse, tametsi id inde mutuatus fuerit S. Cyprianus sub initium libri ad Demetrianum.

Neque

Neque gentes ab illa opinione abhorruisse testis est post alios Lucretius lib. 2. 1149. his verbis:

Jamque adeo affecta est ætas, (*) effœtaque tellus
Vix animalia parva creat, quæ cuncta creavit
Secla, deditque ferarum ingentia corpora partu.

Ejusdem generis sunt, quæ de seculo in duodecim partes diviso, eod. capite XIV. narrantur, quæ si vera sint, oportuisse mundum sive seculum jampridem desiisse ostenditSixtusSenensis. Fabula quoque est ex capite octavo Nehemiæ refutanda, quod capite XIV. 21. sqq. de lege exusta & per Esdram restituta legitur, tametsi id Pseudo-Esdras persuaserit Clementi Alexandrino 1. Strom. Irenæo lib. 3. adversus hæreses cap. 25. Tertulliano de habitu muliebri cap. 3. Jo. Chrysostomo Homilia 8. in Epist. ad Hebræos. Isidoro lib. 1. de Officiis Ecclesiasticis cap. 12. aliisque. Qua de re vide sis Andr. Rivetum T. 2. Opp. p. 877. Ge. Calixtum de numero librorum V. T. §. 13. D. Wasmuthi Vindicias S. Hebrææ Scripturæ pag. 47. & B. Christianum Kortholtum libro de variis Bibliorum editionibus capite I. Quæ de promptuariis animarum

(*) Confutarunt hanc opinionem de mundi effœti senio *Guil. Hackewill* egregio opere Anglice edito Lond. 1635. fol. de providentia. *Secundus Lancellotus* in libro Italice vulgato, cui titulus l'Hoggidi, o vero, Mondo non peggiore ne piu calamitoso del passato. Venet. 1623. 4. *Rampallus* in scripto vulgato Gallice, l'erreur combattu, discours ou il est prouvé que le Monde ne va point de mal en pis. Paris 1641. 8. *Jo. Jonstonius* libello ejusdem argumenti & *Jo. Buntebart* in vindiciis pro Naturæ constantia adversus Augusti-

habentur cap. IV. 35. sq. & VII. 32. psychopannychiam haud obscure docent, unde Patres quidam & in his S. Augustinus præcipue dogma illud hausisse videntur. Nomina angelorum Urielis, Jeremielis &c. quibus cum locutum se Pseudo-Esdras fingit, & quam plurima hujus generis alia lacunas Judaicas sapientia, nec Propheticum spirantia genium, officinam satis produnt. Vehementer fallor, nisi qui talia finxit, nomina depromsit ex 1 Chron. VI. ubi Uriel & Jeremiel, non quidem Angelorum sed Levitarum nomina occurrunt. Neque id facile quisquam ab Esdra scriptum crediderit, quod sub initium quarti libri per XIX. generationes Esdras ab Aarone descendisse memoretur, cum in canonico Esdra XV. tantum & diversimode referantur. Etiam conversum potius ad Christianum Religionem Judæum, quam Esdram auctorem arguunt, quæ capite II. & VII. de Ecclesiæ N. T. statu sub Prophetiæ specie venditantur. Nulla enim clarior & manifestior foret Prophetia in Veteris Instrumenti libris universis, si Esdras ista scripsisset, inprimis VII. 28. sq. ubi Jesu & Christi expressa nomina leguntur. At enim Evangelista Lucas non ait nomen Jesu nominatum fuisse ab Esdra, antequam Salvator conciperetur, sed ab Angelo. Tametsi S. Ambro-

num Hauptmannum. Stetin. 1650. 4. *Christ. David Funccius* in Vindiciis sæculi. Frf. 1696. 12. Vide etiam *Gabr. Naudæi* quæst. 2. jatrophilos. *Jo. Freinsheimii* Orat. VII. & IX. *Matthiæ Berneggeri* quæst. 108. ad Tacitum &c.

brosius Mediolanensis ad illum Lucæ locum ita ex Pseudo-Esdra commentatur: *Dominus noster Jesus nominatus est antequam natus, cui non Angelus, sed Pater nomen imposuit. Revelabitur enim, inquit, filius meus Jesus cum iis qui cum eo jucundabuntur, qui relicti sunt in annis quadringentis, & erit post annos hos, & morietur Filius meus Christus, & convertetur seculum. Vides angelos quæ audierint, non quæ usurpaverint, nunciare.* Sed nullus Apostolus, nullus Evangelista ad illud testimonium provocavit, quod sine dubio fuissent facturi, nisi liber hic foret suppositus, nullum enim poterant in toto Vet. Testam. manifestius reperire. Neque Patres illud Judæis unquam objicere sustinuerunt, nullam quidem ob rationem aliam, quàm quod à Judæis liber iste nunquam fuerit pro Esdræ libro agnitus. Neque Christiana unquam Ecclesia pro Canonico habuisse legitur, verum cum aliis Apocryphis antiquis, testamento Patriarcharum, Hermæ Pastore, libro Eldad & Medad ac similibus, eodem numero censuisse.

VII. Quemadmodum itaque Apocryphorum istorum testimoniis quandoque usi deprehenduntur antiquissimi quidam Ecclesiæ Doctores, ita non mirum debet videri, si quarti quoque Esdræ libri loca quædam aliquando in testimonium citaverunt. Antiquissimus haud dubie qui ex eo aliquid allegasse reperitur, est auctor Epistolæ quæ sub Barnabæ nomine ferri solet. Non quidem ipse Barnabas, uti Isaaco Vossio

aliisque nec paucis nec indoctis viris videtur: sed alius aliquis, quod veterum dubitatio, & quæ in illa Epistola occurrit, deleti templi mentio persuadere possit: incertum an Polycarpus, quod Steph. le Moyne ex perpetua ejus cum Polycarpi Epistola in MSS. codd. conjunctione verisimile apparet. Quisquis autem auctor ille fuerit, antiquissimus certe est eorum, qui aliquid ex quarto Esdræ libro allegasse reperiuntur. Quod enim Christus Matth. XXIII. 37. allegaverit 4. Esdræ I. 30. miror quenquam persuadere sibi potuisse. Barnabæ autem verba hæc sunt: ὁμοίως πάλιν περὶ τῆς σαρκὸς ὁρίζει ἐν ἄλλῳ προφήτῃ λέγοντι. καὶ πότε ταῦτα συντελεσθήσεται; καὶ λέγει Κύριος, ὅταν ξύλον κλιθῇ καὶ ἀναστῇ, καὶ ὅταν ἐκ ξύλου αἷμα στάξει. Ad quem locum doctissimus le Moyne p. 836. *Hic multa congerit Barnabas adhuc detorta, interpolata ex libris Apocryphis, quæ satis produnt illum non fuisse Apostolum vel Apostolicum virum, cum Apostoli à tali methodo semper abstinuerint, nec tale quid apud Paulum, Jacobum, Petrum, Johannem, occurrat in eorum Epistolis. Docent, monent, hortantur, convincunt, sed semper cum judicio, cum gravitate, locis ex se sensum planum ac facilem fundentibus, & præcipue ex fontibus, & libris, qui auctoritate sua possunt loca & dogmata ex illis hausta omnibus commendare. Hic vero multa ex libris suspectis, & qui rebus inde derivatis nullum pondus possunt conciliare. Sic locus quem præ manibus habemus, petitus ex libro 4. Esdræ cap. V. v. 5.*

qui

qui exulat à Canone, & qui tot fabulis refertus est, ut nulli unquam licet simpliciori & ad nugas admittendas & concoquendas faciliori potuerit se probare. A Judæo quidem fuit compositus, & in eo multa Judaica continentur & Cabbalistica &c. Hactenus Vir doctus.

VIII. Clemens quoque Alexandrinus, qui notante Eusebio lib. 6. cap. 13. in suis Stromateon libris κέχρηται καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν ἀντιλεγομένων γραφῶν μαρτυρίαις, libro 3. Strom. allegat versiculum 35. capitis 5. libri quarti Esdræ, & Esdræ Prophetæ tribuit. Διὰ τί γὰρ ἐκ ἐγένετο ἡ μήτρα τῆς μητρός μου τάφος, ἵνα μὴ ἴδω τὸν μόχθον & Ἰακὼβ, καὶ τὸν κόπον & γένους Ἰσραὴλ; Ἔσδρας ὁ προφήτης λέγει. Sine dubio plures è græcis Patribus quartum Esdræ & legerunt & ejus testimoniis usi sunt, uti auctor operis imperfecti in Matthæum Homil. 34. quod tamen latine tantum extat, necdum græce fuit editum, tametsi græce & latine non semel prodiisse dixerit Possevinus. Ex latinis Patribus Ambrosius inprimis de tribunalibus atque administrationis infulis, ut ipse loquitur, ad sacerdotium raptus quartum Esdræ librum magni feciisse deprehenditur. Nam eum non modo legendum svasit Horontiano in Epistola de natura animæ ad eum scripta, sed & in libro de bono mortis cap. 10. & 11. & in libro secundo commentarii ad Lucam non nihil ex quarto Esdræ adducens, videtur pro genuino Esdra, pro divino & prophetico scripto habuisse. In libro de bono

mortis verba hæc ſunt: "Animarum autem ſu-
"periora eſſe habitacula, Scripturæ teſtimoniis
"valde probatur, ſiquidem & in Esdræ libris le-
"gimus, quia cum venerit judicii dies, reddet
"terra defunctorum corpora, & pulvis reddet
"eas quæ in tumulis requieſcunt reliquias mor-
"tuorum, & habitacula, inquit, reddent animas
"quæ his commendatæ ſunt, & revelabitur al-
"tiſſimus ſuper ſedem judicii. Hæ ſunt habita-
"tiones de quibus dicit Dominus (*) multas
"manſiones eſſe apud Patrem ſuum, quas ſuis
"pergens adPatrem diſcipulis præpararet. Sed
"Esdræ uſus ſum ſcriptis, ut cognoſcant Gen-
"tiles ea quæ in Philoſophiæ libris mirantur,
"translata de noſtris. - - Denique & Scriptura
"habitacula illa, animarum promtuaria nuncu-
"pavit, quæ occurrens querelæ humanæ, eo
"quod juſti qui præceſſerunt, videantur usque
"ad judicii diem, per plurimum ſcilicet tem-
"poris debita ſibi remuneratione fraudari, mi-
"rabiliter ait coronæ eſſe ſimilem judicii diem,
"in quo ſicut non noviſſimorum tarditas, ſic
"non priorum velocitas. Coronæ enim dies
"expectatur ab omnibus, ut intra eum diem &
"victi erubeſcant, & victores palmam adipi-
"ſcantur victoriæ. Illud quoque non reliquit
"occultum, eo quod ſuperiores videantur qui
"ante generati ſunt, infirmiores qui poſtea.
"Comparavit enim utero mulieris partus hujus
"Seculi, quoniam fortiores ſunt qui in virtute
"juventutis nati ſunt, infirmiores qui tempore

(*) Joh. XIV. 2. "ſe-

senectutis. Defecit enim multitudine gene-" rationis hoc seculum tanquam vulva gene-" rantis, & tanquam senescens creatura robur" juventutis suæ, velut marcenti jam virium" suarum vigore deponit. &c. - - Hæc est re-" quies animarum per septem ordines, & futuræ" gloriæ prima perfunctio, priusquam in suis" habitationibus quietæ congregationis mune-" re perfruantur. Unde ait Propheta ad ange-" lum: Ergo dabitur tempus animabus, post-" quam separatæ fuerint de corpore, ut videant" de quo modo dixisti? Et dixit angelus: Septem" dies erit libertas earum, ut videant in septem" diebus qui prædicti sunt sermones. Et postea" congregabuntur in habitaculis suis. - - Non" timeamus recipi ab hominibus, non vereamur" illum debitum ab omnibus finem, in quo Es-" dras remunerationem suæ devotionis invenit," dicente ei Domino: Tu enim recipieris ab ho-" minibus, & conversaberis residuum cum filio" meo, & cum similibus tuis? - - Qvis utique" prior? Esdras an Plato? Nam Paulus Esdræ" non Platonis secutis est dicta. Esdras revela-" vit secundum collatam in se revelationem, ju-" stos cum Christo futuros, futuros & cum" Sanctis. Hinc & Socrates ille festinare se di-" cit ad illos suos Deos, ad illos optimos viros." *Hactenus ex Ambrosio.*

IX. Vigilantium autem cum pro sententia sua confirmanda aliquid ex 4. Esdr. VII. 45. adduxisset, pessime accepit Hieronymus. Tu vi-" gilans dormis, *inquit*, & dormiens scribis, &" pro-"

"propinas mihi librum Apocryphum, qui sub "nomine Esdræ à te & similibus tui legitur, ubi "scriptum est, quod post mortem nullus pro "aliis gaudeat deprecari: quem ego librum "nunquam legi, quid enim necesse est in manus "sumere, quod Ecclesia non recipit. Nisi forte "Balsamum mihi & Barbelum, & thesaurum "Manichæi, & ridiculum nomen Leusiboræ "proferas, & quia radices Pyrenæi habitas, vici- "nusque es Hiberiæ, Basilidis antiquissimi hæ- "retici, & imperitæ scientiæ incredibilia por- "tenta prosequeris, & proponis, quod totius or- "bis auctoritate damnatur. Nam in commen- "tariolo tuo quasi pro te faciens de Salomone "sumis testimonium, quod Salomon omnino "non scripsit, ut qui habes alterum Esdram, ha- "beas & Salomonem alterum. Et, si tibi placue- "rit, legito fictas revelationes omnium Patriar- "charum & Prophetarum, & cum illas didice- "ris, inter mulierum textrinas cantato.„ Idem Hieronymus præfatione in librum Esdræ & Nehemiæ, ad Domnionem & Rogatianum: *Nec quenquam moveat, quod unus à nobis liber editus est, nec apocryphorum tertii & quarti libri somnia delectetur: quia & apud Hebræos Esdræ Neemiæque sermones in unum volumen coarctantur: & quæ non habentur apud illos, nec de viginti quatuor senibus, sunt procul abjicienda.*

Vide sis etiam quæ Venerandus atque eruditiss. Wolffius noster in Bibliotheca Hebræa T. 1. n. 1768. p. 941. & T. 2. p. 194. 196. (ubi recentiorum etiam Judæorum censuræ) & pag. 209.

Jo.

Jo. Morinus libro 2. Exerc. Bibl. p. 225.

Certum quoque est libros tertium & quartum Esdræ, secundum & tertium Maccabæorum Hebraice, aut saltem Chaldaice primum scriptos fuisse, & ex utralibet lingua in Græcam translatos. Materia enim & phrasis Judaica est, stylus quoque totus Judaicus est, & Græcam eloquentiam nullo modo sapit. Judæi præterea linguarum exterarum sunt incuriosissimi, studiumque ejusmodi censetur apud eos homine ingenuo indignum, ut testatur Josephus Antiquitatt. Judaic. lib. XX. cap. ultimo. Quapropter alio idiomate quàm Hebraico compositos primum fuisse nulla conjectura suadet.

Henricus Warthonus auctario Histor. dogmaticæ de Scripturis & sacris vernaculis p. 308.

Denique quod quartum Esdræ librum ab Ussserio citatum spectat, iste à falsario quodam Judæo longe post Christi tempora confictus videtur.

Jacobus Basnage Historia Judæorum libro VI. c. 2. Tom. IV. p. 934.

C'est une vision, quoique très-ancienne, qu'une grosse partie de ces dix Tribus fut envoïée dans des païs inconus. "Le faux (*) Es-" dras assure que Salmanassar aïant trasplanté les" dix Tribus au delà du fleuve, ils prirent la re-" solution de quitter les Gentils, & de se retirer" dans un lieu ou ils pussent observer religieu-" sement la Loi, parce qu'ils avoient été severe-" ment punis de l'avoir violée; „ & cet Historien

(*) 4. Esdras XIII. 44.

donne

donne quatre caracteres au païs qu'ils allerent habiter. 1. Perſonne n'avoit jamais demeuré la : ainſi c'étoit une terre inconuë qu'ils allerent decouvrir. 2. Il fallut marcher *un an & demi* pour y arriver. 3. On paſſoit l'Euphrate ; car Dieu fit alors un miracle pour les Juifs de la diſperſion. Il retint les ſources de ce grand fleuve, & ſecha ſon lit, juſqu'à ce qu'ils l'euſſent traverſé ; & l'Auteur croit que Dieu fera le même miracle, lors qu'ils reviendront dans les derniers tems. Enfin il apelle ce païs-là Arſareth. Mais comment des peuples ſoumis à des Maîtres fiers, auroient-ils pu conſpirer pour ſe retirer tous en corps hors des terres de leur domination, pour faire ailleurs un Roïaume particulier ? Cela doit être arrivé l'an 31. de la Captivité. Cependant le veritable Esdras aſſûre que les Juifs étoient encore dans tous les lieux, où Salmanaſar les avoit tranſportez. La Religion fut le motif de cette entrepriſe ; mais les Juifs de la diſperſion avoient alors ſi peu de zêle pour la Loi, qu'ils prenoient le culte & les coutumes des Paiens. Enfin Arſareth eſt une ville de la Medie, ſituée au delà du fleuve Araxes. On croit même que ce ſont les Juifs qui lui ont donné ce nom ; & ſi on veut que ce ſoit un lieu éloigné de la Medie, où les dix Tribus étoient, ce païs eſt inconu ; lors qu'on examine ſon nom, ou la route qu'il fait tenir aux refugiez qui y alloient, on ne peut deviner le lieu où ils ſe retirerent. C'eſt pourquoi ceux qui ont voulu les faire paſſer à la Chine, en Tartarie, & aux Indes,

ou imaginé un nouveau fleuve Sabbatius, se servent également des paroles du faux Esdras. Elles sont d'autant plus suspectes, qu'il ne paroît point par l'Histoire de Tobie qu'ils eussent fait une si longue transmigration, ni qu'ils composassent un corps séparé des Nations *pour observer leurs Loix.* Au contraire ils étoient alors dispersez à Suze, à Ecbatane, à Raguez, & dans les autres villes des Medes & des Assyriens, sur les bords de l'Euphrate & du Tigre.

Il y a bien des gens qui regardent le faux Esdras comme un Auteur venerable par son antiquité, & qui doit être cru dans les choses qui regardent sa Nation, puis qu'il en devoit conoître l'Histoire & les Rites. Saint Ambroise l'a cité plusieurs fois. L'Eglise Romaine, qui ne le reçoit pas au rang des Livres divins, ne laisse pas de le faire entrer dans la celebration de ses plus grands mysteres; car on (*) dit dans une Messe qui se celebre la semaine de la Pentecôte, *Recevez la joie de vôtre gloire, en rendant graces à celui qui vous a apellez au Regne celeste;* & on couronne ailleurs les Martyrs par la bouche & les paroles d'Esdras. Enfin Pic de la Mirande (**) le recevoit comme un Ouvrage legitime & divinement inspiré.

Cependant on ne peut nier 1. que cet Esdras ne soit un imposteur. En effet le veritable Esdras soutient qu'il étoit descendu d'Aaron par quatorze generations. Il a même inseré dans son

(*) 4. Esdras II. 36. 37. Missa in Fer. post Pentecostem Miss. Rom. pag. 316. (**) Picus Mirand. Apol. p. 82. T. 1.

son Histoire les noms de ses Ancêtres, qui devoient entrer dans cette Genealogie, au lieu que le faux Esdras compte dix-neuf generations, & se trompe évidemment. 2. C'est un homme qui debite ses imaginations creuses avec la même confiance que si Dieu les lui avoit dictées. Il se vante d'une inspiration divine qu'il n'avoit pas; il pretend l'avoir acquisé par un breuvage de couleur de feu, à la faveur duquel il dicta deux cens quatre rouleaux: il eut la liberté de montrer les premiers aux dignes & aux indignes; mais les soixante & dix *derniers étoient reservez aux Sages du peuple, parce qu'en eux étoit la source d'Intelligence; la fontaine de Sapience, & le fleuve de Science.* Pic de la Mirande (*) soutient que ces soixante & dix volumes d'une science secrete renfermoient la Cabbale. Il pretendoit même que ces Livres, pleins d'une metaphysique exacte, commençoient à paroître en Latin par ordre du Pape IV. Il les avoit achetez à grands frais, & y avoit trouvé une Theologie tout-à-fait Chretienne. Un autre Critique le censure de s'être laissé tromper par des pieces de faux aloi; & soutient à son tour que ces soixante & dix Livres, louëz par Esdras, étoit la Version des LXX. qu'on lisoit presque en tous lieux, & de là il tire une preuve sensible contre l'imposture du faux Esdras, puis que celui, qui ramena les Juifs de la Captivité, ne pouvoit parler avec éloge d'une Version qui ne fut faite (**) que long tems après lui. &c.

LIBER

(*) Ibid. (**) Le Moyne Var. Sac. p. 838.

LIBER ESDRÆ QUARTUS.

CAP. I. *

1. Liber Esdræ prophetæ ſecundus, filii a) Sarei, filii Azarei, filii Helciæ, filii Sadaniæ; filii Sadoch, filii Achitob.

2. Filii Achiæ, filii Phinees, filii Heli, filii Ameriæ, filii Aſiel, filii Marimoth, filii Arna, filii Oziæ, filii Borith, filii Abiſei, filii Phinees, filii Eleazar.

3. Filii Aaron ex tribu Levi, qui fuit captivus in regione Medorum; in regno Artaxerxis regis Perſarum.

4. Et factum eſt verbum Domini ad me dicens:

5. Vade & nuncia populo meo facinora ipſorum & filiis eorum iniquitates, quas in me admiſerunt, ut nuncient filiis filiorum;

6. Quia peccata parentum ipſorum in illis creverunt. Obliti enim mei, ſacrificaverunt diis alienis.

7. Nonne ego eduxi eos de terra Ægypti, de domo ſervitutis? Ipſi autem irritaverunt me, & conſilia mea ſpreverunt.

* Prima duo capita deſunt in Arabica verſione.

a) 1 Esdr. VII. 3. 3 Esdr. VIII. 1.

8. Tu autem excute comam b) capitis tui, & projice omnia mala ſuper illos, quoniam non obedierunt legi meæ. Populus autem eſt indiſciplinatus.

9. Usque quo eos ſuſtinebo, quibus tanta beneficia contuli?

10. Reges multos propter eos ſubverti. Pharaonem cum pueris ſuis, & omnem exercitum ejus percuſſi.

11. Omnes gentes a facie eorum perdidi, & in Oriente c) provinciarum duarum populos Tyri & Sidonis diſſipavi, & omnes adverſarios eorum interfeci.

12. Tu vero loquere ad eos, dicens: Hæc dicit Dominus:

13. Nempe ego vos per mare transmeavi, & plateas vobis d) initio munitas exhibui. Ducem vobis dedi Moyſen, & Aaron ſacerdotem:

14. Lucem vobis per columnam ignis præſtiti, & magna mirabilia feci in vobis; vos autem mei obliti eſtis, dicit Dominus.

15. Hæc dicit Dominus omnipotens: Co-

tur-

b) ut Ezechiel V.

c) Franciſcus Junius hunc verſum ita expreſſit: *Omnes gentes a facie eorum perdidi in Oriente: provinciarum duarum populos* (Chananæos) *Tyrum & Sidonem usque diſſipavi*, &c.

d) *Plateas vocat*, inquit Conr. Pellicanus, *viam per mare rubrum, utrinque aquis pro muro ipſos munientibus.* Exod. XIV.

turnix e) vobis in signo fuit, castra vobis ad tutelam dedi & illic murmurastis.

16. Et non triumphastis in nomine meo de perditione inimicorum vestrorum, sed adhuc nunc usque murmurastis.

17. Ubi sunt beneficia quæ præstiti vobis? Nonne in deserto cum esuriretis proclamastis ad me,

18. Dicentes: ut quid nos in desertum istud adduxisti interficere nos? melius nobis fuerat servire Ægyptiis, quam mori in deserto hoc.

19. Ego dolui gemitus vestros, & dedi vobis manna in escam: panem angelorum f) manducastis.

20. Nonne cum sitiretis g) petram excidi, & fluxerunt aquæ in saturitate? propter æstus foliis arborum vos texi.

21. Divisi vobis terras pingues: Chananæos & Pherezæos & Philistæos a facie vestra projeci; quid faciam vobis adhuc: dicit Dominus?

22. Hæc dicit Dominus omnipotens: In deserto cum essetis in flumine Amorrhæo h) sitientes & blasphemantes nomen meum,

23. Non ignem vobis pro blasphemiis dedi, sed mittens lignum in aquam dulce feci flumen.

24. Quid tibi faciam Jacob? Noluisti obedire Juda. Transferam me ad alias gentes, &

e) Exod. XVI.

f) infra V. 35. Sap. XVI. 20.

g) Num. XX. h) amaro. Exod. XV. 23.

dabo eis nomen meum, ut custodiant legitima mea.

25. Quoniam me dereliquistis, & ego vos derelinquam. Petentibus vobis a me misericordiam, non miserebor.

26. Quando invocabitis me, ego non exaudiam vos. Maculastis enim manus vestras sanguine, & pedes vestri impigri sunt ad committenda homicidia.

27. Non quasi me dereliquistis, sed vos ipsos, dicit Dominus.

28. Hæc dicit Dominus omnipotens. Nonne ego vos rogavi, ut pater filios, & mater filias, & ut nutrix parvulos suos,

29. Ut essetis mihi in populum, & ego vobis in Deum, & vos mihi in filios, & ego vobis in Patrem?

30. Ita vos collegi, ut gallina pullos suos sub alas suas. i) Modo autem quid faciam vobis? Projiciam vos a facie mea.

31. Oblationem cum mihi attuleritis, avertam faciem meam a vobis. Dies enim festos vestros, & neomenias & circumcisiones repudiavi.

32. Ego misi pueros meos prophetas ad vos, quos acceptos interfecistis, & laniastis corpora eorum, quorum sanguinem exquiram, dicit Dominus.

33. Hæc dicit Dominus omnipotens. Domus vestra deserta est: Projiciam vos sicut ventus stipulam. 34. Et

i) Matth. XXIII. 37.

34. Et filii procreationem non facient: quoniam mandatum meum neglexerunt, & quod malum est coram me fecerunt.

35. Tradam domus vestras populo venienti, qui me non audientes, credunt; quibus signa non ostendi facient quæ præcepi.

36. Prophetas non viderunt, & memorabuntur iniquitatum eorum.

37. Testor populi venientis gratiam, cujus parvuli exultant cum lætitia, me non videntes oculis carnalibus, sed spiritu credentes quæ dixi.

38. Et nunc frater aspice, quæ gloria: & vide populum venientem ab Oriente,

39. Quibus dabo ducatum Abraham, Isaac & Jacob, & Osee, & Amos, & Michææ, & Joel, & Abdiæ & Jonæ.

40. Et Naum & Habacuc, Sophoniæ, Aggæi, Zachariæ & Malachiæ, k) qui & Angelus Domini vocatus est.

CAP. II.

1. Hæc dicit Dominus: ego eduxi populum istum de servitute, quibus mandata dedi per pueros meos prophetas, quos audire noluerunt, sed irrita fecerunt mea consilia.

2. Mater quæ eos generavit, dicit illis: Ite filii, quia ego vidua sum & derelicta.

3. Educavi vos cum lætitia, & amisi vos cum luctu & tristitia, quoniam peccastis coram Domino

k) Drus. quæsit. per Epist. 57.

mino Deo vestro, & quod malum est coram eo, fecistis.

4. Modo autem, quid faciam vobis? Ego vidua sum & derelicta: Ite filii & petite a Domino misericordiam.

5. Ego autem te pater testem invoco super matrem filiorum, qui noluerunt testamentum meum servare,

6. Ut des eis confusionem, & matrem eorum in direptionem, ne generatio eorum fiat.

7. Dispergantur in gentes nomina eorum, deleantur a terra: quoniam spreverunt sacramentum meum.

8. Væ tibi Assur, qui abscondis iniquos penes te. Gens mala, memorare quid fecerim Sodomæ & Gomorrhæ,

9. Quorum terra jacet in piceis glebis & aggeribus cinerum. Sic dabo eos, qui me non audierunt, dicit Dominus omnipotens.

10. Hæc dicit Dominus ad Esdram, Nuncia populo meo, quoniam dabo eis regnum Jerusalem, quod daturus eram Israel.

11. Et sumam mihi gloriam illorum, & dabo eis tabernacula æterna, quæ præ paraveram illis.

12. Lignum vitæ erit illis in odore unguenti, & non laborabunt, neque fatigabuntur.

13. Ita & accipietis. Rogate vobis dies paucos, ut immorentur. Jam paratum est vobis regnum: vigilate.

14. Testare cœlum & terram. Contrivi enim

enim malum, & creavi bonum, quia vivo ego, dicit Dominus.

15. Mater amplectere filios tuos, educa illos cum lætitia. Sicut columba confirma pedes illorum: quoniam te elegi dicit Dominus.

16. Et resuscitabo mortuos de locis suis, * & de monumentis educam illos, quoniam cognovi nomen meum in Israel.

17. Noli timere mater filiorum, quoniam te elegi, dicit Dominus.

18. Mittam tibi adjutorium, pueros meos Isaiam & Jeremiam, ad quorum consilium sanctificavi, & paravi tibi arbores duodecim, gravatas variis fructibus,

19. Et totidem fontes fluentes lac & mel: & montes immensos septem, habentes rosam & lilium, in quibus gaudio implebo filios tuos.

20. Viduam justifica, pupillo judica, egenti da, orphanum tuere, nudum vesti,

21. Confractum & debilem cura, claudum irridere noli, tutare mancum, & cœcum ad visionem claritatis meæ admitte.

22. Senem & juvenem intra muros serva.

23. Mortuos ubi inveneris, signans commenda sepulcro, & dabo tibi primam sessionem in resurrectione mea.

24. Pausa & quiesce populus meus, quia veniet requies tua.

* Epistola Clementis Romani ad Corinthios cap. 50. καὶ ἀναστήσω ὑμᾶς ἐκ τῶν σηκῶν ὑμῶν, quæ verba ex hoc Esdræ loco repetita putabat Paulus Colomesius.

25. Nutrix bona nutri filios tuos, confirma pedes eorum.

26. Servos, quos tibi dedi, nemo ex eis interiet: eos ego enim requiram de numero tuo.

27. Noli fatigari. Cum enim venerit dies pressuræ & angustiæ, alii plorabunt & tristes erunt: tu autem hilaris & copiosa eris.

28. Zelabunt gentes, & nil adversus te poterunt, dicit Dominus.

29. Manus meæ tegent te, ne filii tui gehennam videant.

30. Jucundare mater cum filiis tuis, quia ego te eripiam, dicit Dominus.

31. Filius tuos dormientes memorare, quoniam ego eos educam de lateribus terræ, & misericordiam cum illis faciam: quoniam misericors sum, dicit Dominus omnipotens.

32. Amplectere natos tuos usque dum venio, & præstem illis misericordiam: quoniam exuberant fontes mei, & gratia mea non deficiet.

33. Ego Esdras præceptum accepi a Domino in monte Oreb, ut irem ad Israel: ad quos cum venirem, reprobaverunt me, & respuerunt mandatum Domini:

34. Ideoque vobis dico gentes, quæ auditis & intelligitis, Expectate pastorem vestrum, requiem æternitatis dabit vobis: quoniam in proximo est ille, qui in fine sæculi adveniet.

35. Parati estote ad præmia regni, quia lux perpetua lucebit vobis, per æternitatem temporis.

36. Fu-

36. Fugite umbram sæculi hujus: accipite jucunditatem gloriæ vestræ. Ego testor palam Salvatorem meum.

37. Commendatum donum accipite, & jucundamini, gratias agentes ei, qui vos ad cœlestia regna vocavit.

38. Surgite & state & videte numerum signatorum in convivio Domini.

39. Qui se de umbra sæculi transtulerunt, splendidas tunicas a Domino acceperunt.

40. Recipe Sion numerum tuum, & conclude candidatos tuos, qui legem Domini compleverunt.

41. Filiorum tuorum quos optabas, plenus est numerus. Roga imperium Domini ut sanctificetur populus tuus, qui vocatus est ab initio.

42. Ego Esdras vidi in monte Sion turbam magnam, quam numerare non potui, & omnes canticis collaudabant Dominum.

43. Et in medio eorum erat juvenis statura celsus, eminentior omnibus illis, & singulis eorum capitibus imponebat coronas, & magis exaltabatur: ego autem miraculo tenebar.

44. Tunc interrogavi Angelum, & dixi: Qui sunt hi, Domine?

45. Qui respondens dixit mihi: Hi sunt qui mortalem tunicam deposuerunt, & immortalem sumpserunt, & confessi sunt nomen Dei: Modo coronantur, & accipiunt palmas.

46. Et dixi Angelo: Ille juvenis, quis est? qui eis coronas imponit, & palmas in manus tradit?

47. Et respondens dixit mihi: Ipse est Filius Dei, quem in sæculo confessi sunt: ego autem magnificare eos cœpi, qui fortiter pro nomine Domini steterunt.

48. Tunc dixit mihi Angelus: Vade, annuncia populo meo, qualia & quanta mirabilia Domini Dei vidisti.

CAP. III. *

1. Anno tricisimo ruinæ civitatis a) eram in Babylone, & conturbatus sum super cubiculo meo recumbens, & cogitationes meæ ascendebant super cor meum:

2. Quoniam vidi desertionem Sion, & abundantiam eorum, qui habitabant in Babylone.

3. Et ventilatus est Spiritus meus valde, & cœpi loqui ad Altissimum verba timorata,

4. Et dixi: O Dominator Domine, tu dixisti ab initio, b) quando plantasti terram, & hoc solus, & imperasti populo,

5. Et dedisti Adam corpus mortuum: sed & ipsum figmentum manuum tuarum erat, & insufflasti in eum Spiritum vitæ, & factus es vivens coram te:

6. Et induxisti eum in paradiso, quem plantaverat

* Hoc loco incipit Arabica versio: *In nomine S. Trinitatis, Liber primus Ezræ, scribæ Legis.*

a) Arab. *civitatis Jerusalem, ego Ezra, dictus Shelathiel.*

b) *Nonne dixisti ab initio, & facta sunt: cum creasti terram, eamque produxisti solo verbo tuo.* Arab.

taverat dextera tua, antequam terra adventaret. c)

7. Et huic mandasti diligere viam tuam, d) & præterivit eam, & statim instituisti in eo mortem, & in nationibus ejus, & natæ sunt gentes, & tribus, & populi, & cognationes, quarum non est numerus.

8. Et ambulavit unaquæque gens in voluntate sua, & mira agebant coram te, & spernebant præcepta tua. e)

9. Iterum autem in tempore induxisti diluvium super inhabitantes sæculum, & perdidisti f) eos.

10. Et factum est in unoquoque eorum, sicut Adæ mori, sic his diluvium. g)

11. Dereliquisti autem unum ex his Noe cum domo sua, & ex eo justi omnes. h)

12. Et factum est cum cœpissent multiplicari, qui habitabant super terram, & multiplicaverunt filios, & populos & gentes multas: & cœperunt iterato impietatem facere plus quam priores.

13. Et

c) Arab. *antequam homo esset conditus.*

d) Arab. *Et huic dedisti mandatum, quod ille est transgressus: & ob rebellionem ejus, judicium mortis tulisti in eum & in ejus liberos, generationesque generationum* &c.

e) Addit. Arab. *nec tu eos impedivisti.*

f) Arab. *perditione perdidisti.*

g) *Omnes illi subierunt condemnationem mortis ab Adamo promeritæ.* Arab.

h) Arab. *quia perinde ut ipse justi erant.*

13. Et factum est, cum iniquitatem facerent coram te, i) elegisti tibi virum ex his cui nomen erat Abraham.

14. Et dilexisti eum, & demonstrasti ei soli voluntatem tuam. k)

15. Et disposuisti ei testamentum æternum, & dixisti ei, l) ut non unquam derelinqueres semen ejus. Et dedisti ei Isaac, & Isaac dedisti Jacob & Esau.

16. Et segregasti tibi Jacob, m) Esau autem separasti. Et factus est Jacob in multitudine magna.

17. Et factum est, cum educeres semen ejus ex Ægypto, adduxisti super montem Sina.

18. Et inclinasti cœlos, & statuisti terram, n) & commovisti orbem, & tremere fecisti abyssos, & conturbasti sæculum.

19. Et transiit gloria tua portas o) quatuor ignis & terræ motus, & spiritus, & gelu, ut dares semini Jacob legebem, & generationi Israel diligentiam. p)

20. Et

i) *Cum iniquitas eorum magna esset coram Te.* Arab.

k) *Patefecisti ei quæ tempore fatuor eventura essent.* Arab.

l) Arab. *Dixisti ei: benedicendo benedicam te & multiplicando multiplicabo, & semen tuum crescere faciam ac multiplicabo.* Gen. XII. 2.

m) *Dilexisti Jacob, Esau autem odisti,* Rom. IX. 13. *& Jacobum præ aliis multiplicasti gentibus.* Arab.

n) *Inclinasti cœlum in terram. id.*

o) *Quatuor terribilia miracula.* Arab.

p) *Præcepta.* Arab.

20. Et non abstulisti ab eis cor malignum, ut faceret lex tua in eis fructum.

21. Cor enim malignum bajulans primus Adam transgressus, & victus est, sed & omnes qui de eo nati sunt.

22. Et facta est permanens infirmitas, & lex cum corde q) populi, cum maligitate radicis, & discessit quod bonum est, & mansit malignum.

23. Et transierunt tempora, & finiti sunt anni: & suscitasti tibi servum nomine David.

24. Et dixisti ei ædificare civitatem nominis tui, & offerre tibi in eadem thus & oblationes.

25. Et factum est hoc annis multis, & deliquerunt qui habitabant civitatem.

26. In omnibus facientes sicut fecit Adam, & omnes generationes ejus: utebantur enim & ipsi corde maligno.

27. Et tradidisti civitatem tuam, in manibus inimicorum tuorum. r)

28. Numquid meliora faciunt, qui habitant Babylonem? Et propter hoc dominabitur Sion?

29. Factum est cum venissem huc, & vidissem impietates, quarum non est numerus, & delinquentes multos vidit anima mea hoc tricesimo anno, s) & exceſſit cor meum:

30. Quoniam vidi, quomodo sustines eos pec-

q) Arab. *in corde.*

r) Arab. *Tunc dixi in corde meo.*

s) *His triginta annis captivitatis. id.*

peccantes & pepercisti impie agentibus, t) & perdidisti populum tuum, & conservasti inimicos tuos, & non significasti. u)

31. Nihil memini quomodo debeat derelinqui via hæc. Numquid meliora facit Babylon, quam Sion?

32. Aut alia gens cognovit te præter Israel? aut quæ tribus crediderunt testamentis tuis, sicut Jacob?

33. Quarum merces non comparuit, neque labor fructificavit. Pertransiens enim pertransivi in gentibus, & vidi abundantes eas, & non memorantes mandatorum tuorum.

34. Nunc ergo pondera in statera nostras iniquitates, & eorum qui habitant in sæculo: & non invenietur nomen tuum, nisi in Israel. *

35. Aut quando non peccaverunt in conspectu tuo, qui habitant terram? aut quæ gens sic observavit mandata tua?

36. Hos quidem x) per nomina invenies servasse mandata tua, gentes autem non invenies.

CAP. IV.

t) Addit. Arab. *Et assidue cogitabam in corde meo, in præsentia Domini, & dicebam.*

u) id. *Nec revelasti cuiquam quare rejeceris viam tuam usitatam, & captivos nos duci permiseris.*

* Loco verborum: *& non invenietur nomen tuum nisi in Israel,* in Arab. est, *ut scias utra præponderent.*

x) Versus ultimus deest in Arab.

CAP. IV.

1. Et respondit ad me Angelus, qui missus est ad me, cui nomen Uriel.

2. Et dixit mihi: Excedens excessit cor tuum in sæculo hoc, & comprehendere cogitas viam Altissimi.

3. Et dixi: Ita, Domine meus. y) Et respondit mihi & dixit: Tres vias missus sum ostendere tibi, & tres similitudines proponere coram te.

4. De quibus mihi si renuntiaveris unam ex his, & ego tibi demonstrabo viam, quam desideras videre, & docebo te, unde sit z) cor malignum.

5 Et dixi: loquere Dominus meus. Et dixit ad me: Vade pondera mihi ignis pondus, aut mensura mihi flatum venti, aut revoca mihi diem, quæ præteriit.

6. Et respondi & dixi: Quis natorum a) poterit facere, ut me interroges de his?

7. Et dixit ad me: Si essem interrogans te, dicens: Quantæ habitationes sunt in corde maris, aut quantæ venæ sunt in principio abyssi, aut quantæ venæ sunt super firmamentum, aut b) qui sunt exitus paradisi:

8. Dice-

y) Arab. addit: *fac quæ sunt eas intelligam.*
z) Arab. *quid sit.*
a) Arab. *Nebiyina* Prophetarum, pro *Banina* natorum.
b) Arab. *quænam ad inferos via & quænam semita ad paradisum?*

8. Diceres mihi fortaſſis, in abyſſum c) non deſcendi, neque in infernum adhuc, neque in cœlum unquam aſcendi.

9. Nunc autem non interrogavi te, niſi de igne & vento, & die, per quem tranſiſti, & a quibus ſeparari non potes: & non reſpondiſti mihi de eis. d)

10. Et dixit mihi: Tu quæ tua ſunt, tecum, e) coadoleſcentia, non potes cognoſcere:

11. Et quomodo poterit vas tuum capere Altiſſimi viam, & jam exterius corrupto ſæculo f) intelligere corruptionem evidentem in facie mea?

12. Et dixi illi: Melius erat nos non eſſe, quam adhuc viventes vivere in impietatibus, & pati, & non intelligere de qua re.

13. Et reſpondit ad me, & dixit: Proficiſcens profectus ſum ad ſilvam lignorum campi, h) & cogitaverunt cogitationem,

14. Et dixerunt: Venite & eamus, & faciamus

c) id. *ſpatium abyſſi nunquam metitus ſum.*

d) Arab. addit: *quoniam defixa illa ſunt in cognitione Altiſſimi.*

e) id. *Tu & tui ſimiles.*

f) Arab. *aut corruptioni & diſſolutioni obnoxius comprehendere incorruptibilia, & captum excedentia intelligere?*

g) Arab. *Hæc audiens procidi facie mea in terram & dixi:*

h) id. *Omnes arbores ſilvæ exciſæ ac deletæ ſunt quoniam cogitaverunt cogitationem.*

mus ad mare bellum, ut recedat coram nobis, & faciamus nobis alias silvas.

15. Et similiter fluctus maris & ipsi cogitaverunt cogitationem, & dixerunt: Venite ascendentes, debellemus silvas campi, ut & ibi consummemus nobismet ipsis aliam regionem.

16. Et factus est cogitatus silvæ in vanum, venit enim ignis & consumpsit eam.

17. Similiter & cogitatus fluctuum maris, stetit enim arena, & prohibuit eos.

18. Si enim i) esses judex horum, quem inciperes justificare, aut quem condemnare?

19. Et respondi, & dixi: Utique vanam cogitationem cogitaverunt: terra enim data est silvæ, & mari locus k) portare fluctus suos.

20. Et respondit ad me, & dixit: Bene tu judicasti, & quare non judicasti tibimetipsi?

21. Quemadmodum enim terra silvæ data est, & mare fluctibus suis: l) Sic qui super terram inhabitant, quæ sunt super terram intelligere solummodo possunt; & qui super cœlos, quæ super altitudinem cœlorum.

22. Et respondi, & dixi: Deprecor te Domine, ut mihi detur sensus intelligendi.

23. Non enim volui interrogare de superioribus tuis, sed de his quæ pertranseunt per nos quotidie. Propter quid Israel datus in opprobrium

i) *Jam sic tu.*

k) Arab. *quem non debet excedere quando effert fluctus suos.*

l) *Et mare habet limites terrori fluctuum ejus oppositos.* id.

brium gentibus? quem dilexisti populum, datus est tribubus impiis, & lex patrum nostrorum in interitum deducta est, m) & dispositiones scriptæ nusquam sunt:

24. Et pertransivimus de sæculo, ut locustæ, & vita nostra stupor & pavor, & nec digni sumus misericordiam consequi.

25. Sed quid faciet nomini suo, quod invocatum est super nos? Et de his interrogavi.

26. Et respondit ad me, & dixit: Si fueris plurimum scrutatus, frequenter miraberis: quoniam festinans festinat sæculum pertransire,

27. Et non capit portare, quæ in futuris temporibus, justis repromissa sunt: quoniam plenum injustitia est sæculum hoc, & infirmitatibus.

28. De quibus autem interrogas, dicam: seminatum enim est malum, & necdum venit destructio ipsius.

29. Si ergo non inversum fuerit quod seminatum est, & discesserit locus, ubi seminatum est malum, non veniet locus ubi seminatum est bonum.

30. Quoniam gramen seminis mali seminatum est in corde Adam ab initio: & quantum impietatis generavit usque nunc, & generat usque cum veniat area? n)

31. Æstima

m) Hoc loco, ut infra VIII. 50. folium excisum est in Manuscripto codice Arabico, unde defectus usque ad versum 45.

n) Tempus messis, sive frugum in aream colligendorum.

31. Æstima autem apud te gramen mali seminis, quantum fructum impietatis generavit:

32. Quando secatæ fuerint spicæ, quarum non est numerus, quam magnam aream incipient facere?

33. Et respondi & dixi: Quomodo & quando hæc? Quare modici & mali o) anni nostri?

34. Et respondit ad me, & dixit mihi: Non festines tu super Altissimum. Tu enim festinas inaniter esse super ipsum. Nam excessus tuus multus.

35. Nonne de his interrogaverunt animæ justorum in promptuariis suis, dicentes: Usque quo spero sic? Et quando veniet fructus areæ mercedis nostræ?

36. Et respondit ad ea Jeremiel Archangelus, & dixit: Quando impletus fuerit numerus seminum in vobis, p) quoniam in statera ponderavit sæculum,

37. Et mensura mensuravit tempora, q) & numero numeravit tempora, & non commovit, nec excitavit usque dum impleatur prædicta mensura.

38. Et respondi & dixi: o Dominator Domine, sed & nos omnes pleni sumus impietate.

o) Genes. XLVII. 9.

p) Misnah Jevahmoth. cap. 6. אין בן דוד בא עד שיכלו כל נשמות שבגוף *Non veniet filius David, priusquam exhaustæ fuerint universæ animæ quæ sunt in Goph.* adde Windetum p. 53. de vita functor. statu. (T. 4. fascic. Clariss. Crenii p. 112.)

q) Sap. XI. 20.

39. Et ne forte propter nos non impleantur juſtorum areæ, propter peccata inhabitantium ſuper terram.

40. Et reſpondit ad me, & dixit: Vade, & interroga prægnantem, ſi quando impleverit novem menſes ſuos, adhuc poterit matrix ejus retinere partum in ſemetipſa?

41. Et dixi: Non poteſt Domine. Et dixit ad me: in inferno promptuaria animarum matrici aſſimilata ſunt.

42. Quemadmodum enim illa feſtinat, quæ parit effugere neceſſitatem partus: Sic & hæc feſtinat reddere ea, quæ commendata ſunt.

43. Ab initio tibi demonſtrabitur de his quæ concupiſcis videre.

44. Et reſpondi, & dixi: Si inveni gratiam ante oculos tuos, & ſi poſſibile eſt, & ſi idoneus ſum,

45. Demonſtra mihi, ſi plusquam præteritum ſit habet venire, aut plura pertranſierunt ſupra * quam futurum eſt.

46. Quod pertranſivit, ſcio: quid autem futurum ſit, ignoro.

47. Et dixit ad me: ita ſuper dexteram partem, r) & demonſtrabo tibi interpretationem ſimilitudinis.

48. Et ſteti, & vidi: & ecce fornax ardens tranſiit coram me, & factum eſt, cum tranſiret flamma, vidi: & ecce ſuperavit fumus.

49. Poſt hæc tranſiit coram me nubes plena aquæ,

* Ab his verbis ultimis Codex Arabicus iterum pergit.

r) Arab. addit, *& vide.*

aquæ, & immisit pluviam impetu multam: & cum transiisset impetus pluviæ, superaverunt in ea guttæ.

50. Et dixit ad me: Cogita tibi: sicut crescit pluvia amplius quam guttæ, & ignis quam fumus: s) sic superabundavit quæ transivit mensura. Superaverunt autem guttæ, & fumus:

51. Et oravi, & dixi, putas vivo usque in diebus illis? vel quid erit in diebus illis?

52. Respondit ad me, & dixit: de signis, de quibus me interrogas, ex parte possum tibi dicere: t) de vita autem tua non sum missus dicere tibi, sed nescio.

CAP. V.

1. De signis autem: ecce dies venient, in quibus apprehendentur, qui inhabitant terram in censu u) multo: & abscondetur veritatis via: & sterilis erit x) a fide regio:

s) Quæ sequuntur in hoc versu, Arabica versio, librarii ut credibile est vitio, omittit.

t) Arab. addit: *jussu Altissimi.*

u) Videtur legendum: *in sensu multo*, hoc est, scientiâ pollentes. Nam ita *sensus* infra vers. 9. & hoc loco Arabica versio habet: *intelligentes tollentur de terra.* Igitur & *apprehendentur* hoc loco ita accipiendum, ut nonnulli interpretantur συλληφθήσεται Matth. XXIV. 40. & Luc. XVII. 34. *duo erunt in agro, unus capietur, alter liber relinquetur.* Vide Tho. Gatakeri Adversaria pag. 183. edit. Lond. Ita etiam Nicetas Choniates lib. XI. Hist. p. 351.

x) Arab. *fidei regio sterilis futura est.*

2. Et multiplicabitur injuſtitia ſuper hanc quam ipſe tu vides, & ſuper quam audiſti olim: y)

3. Et erit impoſito veſtigio quam nunc vides regnare regionem, & videbunt eam deſertam. z)

4. Si autem tibi a) dederit Altiſſimus vivere, videbis poſt tertiam tubam, b) & reluceſcet ſubito ſol noctu, & luna ter in die, c)

5. Et de ligno ſanguis ſtillabit, d) & lapis dabit vocem ſuam, e) & populi commovebuntur: f)

6. Et regnabit, g) quem non ſperant qui inhabitant ſuper terram, & volatilia commigationem facient.

7. Et

y) Addit. Arab. *Et via aſpera erit minimeque trita; nec præſto erit dux, & perturbatio magna exiſtet in pluribus locis ab his quæ videbis à Regibus fieri.*

z) id. *& perturbatio magna exiſtet in pluribus regionibus Regum quas videbis, & terra erit deſolata.*

a) Arab. *ſi Altiſſimus terram conſervaverit usque ad illum terminum.*

b) *Videbis poſt hæc tria ſigna, terra movebitur.*

c) *Nox & luna, uno die.* id.

d) Barnabæ Epiſt. c. 12. καὶ λέγει Κύριος, ὅταν ξύλον κλιθῇ καὶ ἀναστῇ, καὶ ὅταν ἐκ ξύλε αἵματα ῥύῃ.

e) Ex Habacuc II. 11. διότι λίθος ἐκ τοίχε βοήσεται. Itaque vitioſe Arab. *lux dabit vocem ſuam.*

f) Addit. Arab. *& aër immutabitur.*

g) id. *regnabit populus.*

7. Et mare Sodomiticum pisces h) rejiciet, & dabit vocem noctu, quam non noverant multi. Omnes autem audient vocem ejus.

8. Et chaos i) fiet per loca multa, & ignis frequenter remittetur, & bestiæ agrestes k) transmigrabunt, & mulieres menstruatæ parient monstra, l)

9. Et in dulcibus aquis salsæ invenientur, & amici omnes semetipsos expugnabunt, & absconditur tunc sensus, & intellectus separabitur in promptuarium suum:

10. Et quæretur a multis, & non invenietur: & multiplicabitur injustitia, & incontinentia super terram.

11. Et interrogabit regio proximam suam, & dicet: Numquid per te pertransiit justitia justum faciens? m) Et hoc negabit.

12. Et erit in illo tempore, & sperabunt homines, n) & non impetrabunt: laborabunt, & non dirigentur viæ eorum.

13. Hæc signa dicere tibi permissum o) est mihi: & si oraveris iterum & ploraveris, sicut

h) Arab. *vivos pisces.*

i) id. *Socordia & stupor.*

k) *The wild beasts of the Princes,* Versio Anglica ex Arabico.

l) In Arabico nihil aliud, quam: *signa erunt in mulieribus.*

m) Add. Arab. *aut num candor in te reperitur?*

n) Add. Arab. *vel unum repertum iri qui recte faciat.*

o) Arab. *jussus sum.*

& nunc, & jejunaveris ſeptem diebus, audies iterato horum majora.

14. Et p) evigilavi, & corpus meum horruit valde: & anima mea laboravit, ut deficeret:

15. Et tenuit me, qui venit angelus, qui loquebatur in me, q) & confortavit me, & ſtatuit me ſuper pedes.

16. Et factum eſt in nocte ſecunda, & venit ad me Salathiel r) dux populi, & dixit mihi: Ubi eras? & quare vultus tuus s) triſtis?

17. An neſcis quoniam tibi creditus eſt Iſrael in regione transmigrationis eorum?

18. Exurge ergo, & guſta panem, & non derelinquas nos, ſicut paſtor gregem ſuum in manibus luporum t) malignorum.

19. Et dixi ei, Vade a me, & non appropies ad me. u) Et audivit, ut dixi, & receſſit a me.

20. Et ego jejunavi diebus ſeptem ululans & plorans, ſicut mihi mandavit Uriel * Angelus.

21. Et factum eſt poſt dies ſeptem, & iterum cogitationes cordis mei moleſtæ erant mihi valde,

22. Et

p) Arab. *Et nequivi ſurgere & corpus meum languebat.*
q) id. *ad me.*
r) Arab. *Phaldiel.*
s) id. *quare color vultus tui alteratus eſt?*
t) Arab. *leonum.*
u) Add. Arab. *antequam dies ſeptem effluxerint. Tunc veni & tecum colloquar.*
* Jeremiel. ſupra IV, 36.

22. Et resumpsit anima mea spiritum intellectus: & iterum cœpi loqui coram Altissimo sermones,

23. Et dixi, Dominator Domine, ex omni silva terræ, & omnibus arboribus ejus, elegisti vineam unicam:

24. Et ex omni terra orbis, elegisti tibi foveam x) unam: & ex omnibus floribus y) orbis, elegisti tibi lilium unum:

25. Et ex omnibus abyssis maris, replesti z) tibi rivum unum: & ex omnibus ædificatis civitatibus, sanctificasti a) tibimetipsi Sion:

26. Et ex omnibus creatis volatilibus, nominasti tibi columbam unam: & ex omnibus plasmatis pecoribus, providisti tibi ovem unam:

27. Et ex omnibus multiplicatis populis, acquisivisti tibi populum unum: b) & ab omnibus probatam c) legem donasti huic, quem desiderasti populo.

28. Et nunc, Domine, ut quid tradidisti unum d) pluribus? & præparasti super unam radicem alias, & disperdidisti unicum tuum in multis:

x) Arab. *agrum unum.*
y) id. *fragrantibus floribus.*
z) *Sepositi.* id.
a) *Fundasti tibi & sanctificasti.* Arab.
b) Add. Arab. *& justificasti eum.*
c) *Accurate examinatam & excellentissimam.* id.
d) Arab. *populum tuum impiæ multitudini, & hanc unam radicem amplius abjecisti quam cæteram multitudinem: unum-*

29. Et conculcaverunt eum, qui contradicebant sponsionibus tuis, quique tuis testamentis non credebant.

30. Et si odiens odisti populum tuum, tuis manibus debet castigari.

31. Et factum est, cum locutus essem semones, & missus est Angelus ad me, qui ante venerat ad me præterita e) nocte,

32. Et dixit mihi: audi me, & instituam te: & intende mihi, f) & adjiciam g) coram te.

33. Et dixi, loquere Dominus meus: Et dixit ad me, Valde tu in excessu mentis factus es pro Israel: an plus dilexisti eum, quam qui eum fecit?

34. Et dixi ad eum: Non, Domine, sed dolens locutus sum. Torquent enim me renes mei per omnem horam, quærentem apprehendere semitam Altissimi, & investigare partem judicii ejus.

35. Et dixit ad me, Non potes. Et dixi, Quare, Domine? Ad quid nascebar h) aut quare non i) fiebat matrix matris meæ mihi sepul-

unumque hunc (populum) *ita dispersisti ut dissipatus a multitudine fuerit, & conculcaverint eum adversarii* (tui.) *Jam perfecto odio odisti populum, quod si pœnas afficiendus erat, in tua hoc manu fuit positum.*

e) Ante septiduum intellige. vers. 19. seq.

f) Arab. *dispone cor tuum, ut illud ego illuminem.*

g) Addamenta dictis plura & clariora, ut promiserat vers. 13.

h) Arab. *utinam natus non fuissem.*

i) Clemens Alex. III. Strom. pag. 468. διὰ τὶ γὰρ ἐκ ἐγένετο

ſepulcrum, ut non viderem laborem Jacob, & defatigationem generis Iſrael?

36. Et dixit ad me, k) Numera mihi quæ nec dum venerunt, & collige mihi diſperſas guttas, l) & re virida mihi aridos m) flores,

37. Et aperi mihi clauſa promptuaria, & produc mihi incluſos in eis flatus; n) demonſtra mihi vocis imaginem, o) & tunc oſtendam tibi laborem p) quem rogas videre.

38. Et dixi, Dominator Domine, quis enim eſt qui poteſt hæc ſcire, niſi q) qui cum hominibus habitationem non habet?

39. Ego

ἐγένετο ἡ μήτρα τῆς μητρός μȣ τάφος, ἵνα μὴ ἴδω τὸν μόχθον τȣ̃ Ἰακὼβ, καὶ τὸν κόπον τȣ̃ γένȣς Ἰσραὴλ, Ἔσδρας ὁ προφήτης λέγει.

k) Add. Arab. *Si vis judicia Altiſſimi pernoſcere, expone & mihi quæ te rogabo.*

l) *Grana ſeminum quæ non ſparſiſti.* id.

m) *Aridas plantas.* id.

n) Spiritus Arab. *ventos.*

o) Arab. *Imaginem perſonæ cujus formam non vidiſti.*

p) id. *Hæc ſi mihi enarraveris, tunc & ego tibi exponam ea quibus pernoſcendis te affligis & quæ inſpicere deſideras.*

q) Arab. *Niſi Deus qui cum hominibus verſator.* Sed recte Whiſtonus notat particulam negandi omiſſam. Dan. II. 11. *Sermo quem quæris Rex, gravis eſt: nec reperietur quisquam qui indicet illum in conſpectu Regis, exceptis Diis, quorum non eſt cum hominibus con-*

ver-

39. Ego autem insipiens: & quomodo potero dicere de his, quibus me interrogasti?

40. Et dixit ad me, Quomodo non potes facere unum de his quæ dicta sunt: sic non poteris invenire judicium meum, aut in fine charitatem r) quam populo promisi.

41. Et dixi, Sed ecce Domine tu prope es his, qui in finem sunt, & quid facient, s) qui ante me fuerunt, aut nos, aut hi, qui post nos?

42. Et dixit ad me, Coronæ assimilabo judicium meum. Sicut non noviſſimorum tarditas, sic nec priorum velocitas.

43. Et respondi, & dixi, Nec poteras facere eos, qui facti sunt, & qui sunt, & qui futuri sunt, in unum, ut t) celerius judicium tuum ostendas?

44. Et respondit ad me, & dixit, Non potest festinare creatura super creatorem, nec sustinere sæculum eos, qui in eo creandi sunt, in unum.

45. Et dixi: Quomodo dixisti servo tuo, u) quoniam

conversatio. ὧν ἐκ ἐξὶν κατοικία μετὰ πάσης σαρκός.

r) Arab. *finem* sive *summum charitatis.*

s) Quæ Te, nimirum, fugiant.

t) Arab. *ut justitia maturaret, & judicium appareret.*

u) Adamo, repræsentanti totum genus humanum. Arab. *Quomodo dixisti servo tuo, Vivendo vives: atque produxisti simul omnes res creatas multivariasque naturas. Si itaque jussisti omnia eodem tempore semen producere,*

quoniam vivificans vivificasti a te creatam creaturam in unum, & sustinebat creatura: poterit & nunc portare præsentes in unum.

46. Et dixit ad me, interroga x) matricem mulieris, & dices ad eam: Et si paris, quare per tempus? Roga ergo eam, ut det decem in unum.

47. Et dixi, Non utique poterit: sed secundum tempus.

48. Et dixit ad me, Et ego dedi matricem terræ his qui seminati sunt super eam per tempus.

49. Quemadmodum enim infans y) non parit ea, quæ senum sunt: sic ego disposui a me creatum sæculum.

50. Et interrogavi, & dixi, Cum jam dederis mihi viam, z) loquar coram te: num mater nostra, a) de qua dixisti mihi, adhuc juvenis est? jam senectuti appropinquat.

51. Et

ducere„ naturis eorum confirmatis, nonne & nunc posset fieri, ut eodem tempore omnia nascitura proferrent?

x) *Matrem quæ peperit liberos.* Arab.

y) Arab. *Sicut infans nunquam generat, nec parit, donec perfecte adoleverit & membra ejus furint firmata: ita terra non veterascet nec producendi facultate privabitur, donec tempus a DEO destinatum effluxit, sicut omnia quæ in mundo condita ab eo sunt, disposuit.*

z) Add. Arab. *animumque loquendi in tua præsentia.*

a) Arab. *num putas terram matrem nostram, ut dixisti ad me,*

51. Et respondit ad me, & dixit: Interroga eam quæ parit, & dicet tibi.

52. Dices enim ei, Quare quos peperisti, nunc non sunt similes his qui ante te, sed minores statura?

53. Et dicet tibi & ipsa, alii sunt qui in juventute virtutis nati sunt, & alii qui sub tempore senectutis, deficiente matrice sunt nati.

54. Considera ergo & tu quoniam minori statura b) estis præ his, qui ante vos:

55. Et qui post vos, minori quam vos, quasi jam senescentes creaturæ, & fortitudinem juventutis prætereuntes.

56. Et dixi: Rogo Domine, si inveni gratiam ante oculos tuos, demonstra servo tuo, per quem visites creaturam tuam.

CAP. VI.

1. Et dixit ad me, c) Initio terreni orbis, & antequam starent exitus sæculi, & antequam spirarent conventiones ventorum,

2. Et antequam d) sonarent voces tonitruum,

me, juvenem esse initio, deinde interjecto tempore veteraſcere: quanam regula cogitationes de illa metiris?

b) Arab. addit, *& robore.* Adde S. Cyprian. ad Demetrianum p. 186. Sed de hoc senio mundi plura præfat. ad hunc librum.

c) Arab. *initio propter hominem & deinde propter me ipsum, antequam mundus existeret, & antequam via esset hujus generationis.*

d) id. *Antequam Cherubim ederent voces suas.*

truum, & antequam ſplenderent nitores coruſcationum, e) & antequam confirmarentur fundamenta paradiſi, f)

3. Et antequam viderentur decori g) flores, & antequam confirmarentur motæ virtutes, h) & antequam colligerentur innumerabiles militiæ angelorum,

4. Et antequam extollerentur altitudines aëris, & antequam nominarentur menſuræ firmamentorum, i) & antequam æſtuarent camini in Sion,

5. Et antequam inveſtigarentur præſentes anni, & antequam abalienarentur eorum qui nunc

e) *Stellæ.* id.

f) Nulla paradiſi in Arabico mentio, ſed ejus loco ibi legitur: *antequam columnæ fundationum firmatæ eſſent, & variæ opes in orbe ſpectarentur.*

g) id. *Multivario colore & frangantia.*

h) Verborum, *& antequam confirmarentur motæ virtutes,* nullum in Arabico veſtigium. Junius pro *motæ* legit *ignotæ.* At Conr. Pellicanus: *antequam virtutes cœlorum incipernnt influere ſuo motu in inferiores creaturas omnes & ad hoc perpetuo agendum confirmarentur.* Sed videtur eſſe ſenſus: *antequam angeli qui poterant a bono dimoveri* (Caſtellio: *mobiles.* Anglicus interpres, *movable,* Jo. Aſſenburgius: die bisher hin und wieder getriebene Kräfte. Alius interpres Germanicus: bewegliche Kräfte beveſtiget,) *& labi, in bono confirmarentur.*

i) Arab. *Antequam res creatæ nomen acciperent* (Gen. II. 19.) *& antequam ſpatium exiſteret & lumen fixum eſſet*

nunc peccant ad inventiones, & consignati essent, qui fidem thesaurizaverunt:

6. Tunc cogitavi, & facta sunt per me solum, k) & non per alium: & finis per me, & non per alium.

7. Et respondi & dixi, Quæ erit separatio temporum? l) aut quando prioris finis, & sequentis initium?

8. Et dixit ad me: ab Abraham usque ad Isaac, m) quando nati sunt ab eo & Jacob & Esau, manus Jacob tenebat ab initio calcaneum Esau, *

9. Finis enim hujus sæculi Esau, & principium sequentis Jacob.

10. Hominis manus n) inter calcaneum & manum. Aliud noli quærere, Esdra.

11. Et respondi, & dixi, o Dominator Domine, si inveni gratiam ante oculos tuos,

12. Oro

esset in suprema parte universi, & Sionis jacta essent fundamenta. Et antequam definitus esset repertus annorum numerus, & antequam operâ peccatorum jungerentur, & fidelium thesauri admitterentur & consecrarentur.

k) id. *Quod omnia hæc & erunt & fuerunt per me.*

l) Arab. *Quando stellæ mutabuntur? quando finis & completio erit annorum? quando initium finis, & finis ejus?*

m) *Usque ad generationem & familiam ejus.* id.

* Gen. XXV. 25.

n) *Extremum membrorum hominis calcaneus, initium illorum est manus: & ecce calcaneus & manus invicem junguntur. Igitur noli hæc in præsenti inquirere, Esdra.* id.

12. Oro ut demonstres servo tuo, finem signorum tuorum, o) quorum partem mihi demonstrasti nocte præcedenti. p)

13. Et respondit, & dixit ad me, Surge super pedes tuos, & audi vocem pleniſſimam sonitus.

14. Et erit sicut commotio, nec commovebitur locus, q) in quo stes super eum.

15. Ideo cum loquitur, tu non expaveas, quoniam de fine verbum, & fundamentum terræ intelligitur,

16. Quoniam de ipsis sermo tremiscit & commovetur, scit enim quoniam finem eorum oportet commutari.

17. Et factum est, cum audissem, surrexi super pedes meos, & audivi: & ecce vox loquens, & sonus ejus sicut sonus aquarum mularum,

18. Et dixit: Ecce dies veniunt, & erit quando appropinquare incipiam, ut visitem habitantes in terra:

19. Et quando inquirere incipiam ab eis qui injuste nocuerunt injustitia sua, r) & quando suppleta fuerit humilitas Sion.

20. Et cum superſignabitur s) sæculum quod incipiet * pertranſire, hæc signa faciam.

o) Arab. *Complementum dierum præteritorum.*
p) *Superioribus diebus.* id.
q) Arab. *& quando vox sonabit, locus in quo stas, commovebitur.*
r) Arab. addit: *& de eis quibus injuria facta est.*
s) *Finietur.*
* al. *incipient.*

Libri aperientur ante faciem firmamenti, t) & omnes videbunt ſimul,

21. Et anniculi infantes loquentur vocibus ſuis, & prægnantes immaturos parient infantes trium & quatuor menſium, & vivent & ſuſcitabuntur. u)

22. Et ſubito apparebunt ſeminata loca non ſeminata, & plena promtuaria ſubito invenientur vacua: x)

23. Et tuba canet cum ſono; quam cum omnes audierunt, ſubito expaveſcent.

24. Et erit in illo tempore, debellabunt amici amicos ut inimici, & expaveſcet terra cum his: y) & venæ fontium ſtabunt, & non decurrent in horis tribus:

25. Et erit, omnis qui derelictus fuerit z) ex omnibus iſtis quibus prædixi tibi, ipſe ſalvabitur, & videbit ſalutare meum, & finem ſæculi veſtri.

26. Et videbunt a) qui recepti ſunt homines, qui mortem b) non guſtaverunt a nativitate

t) *Firmamenti cœlorum.* Arab.

u) id. *& obambulabunt.*

x) Arab. *& loca in quibus nec fruges nec gramen: & loca in quibus nihil ſeminatum erat, proferent plantas & fruges & plenas ſpicas, quibus impleantur ſarrea & granaria.* id.

y) id. *Cum his qui in illa vivunt.* id.

z) *Et quæ coram ipſo ſunt cuſtodiverit, evadet.* Arab.

a) *Et videbunt in lucem adduci a me.* id.

b) In Arab. deeſt *mortem.*

vitate sua, & mutabitur cor inhabitantium, & convertetur in sensum alium.

27. Delebitur enim malum, c) & extinguetur dolus.

28. Florebit autem fides, & vincetur corruptela, & ostendetur veritas, d) quæ sine fructu fuit diebus tantis.

29. Et factum est, cum loqueretur mihi, & ecce e) paulatim intuebar super eum ante quem stabam,

30. Et dixit ad me hæc: Veni tibi ostendere f) tempus venturæ noctis.

31. Si ergo iterum rogaveris, & iterum jejunaveris septem diebus, iterum tibi renuntiabo horum majora g) per diem quàm audivi.

32. Audita est enim vox tua apud Altissimum. Vidit enim fortis directionem h) tuam, & providit pudicitiam, i) quam a juventute tua habuisti:

33. Et propter hoc k) misit me demonstrare tibi hæc omnia, & dicere tibi, Confide, & noli timere,

c) id. *malum cor.*
d) *Justitia* Arab.
e) Arab *& ecce locus in quo stabam, commovebatur.*
f) *Te docere, ut die superiore,* id.
g) Verba *per diem quam audivi,* desunt in Arab.
h) *Rectitudinem cordis tui.* id.
i) *Puritatem mentis.* id.
k) Arab. *Et propter hoc confide, ac noli moveri cor tuum de temporibus præteritis, neque vana cogitatione desidera finem properari.*

34. Et noli festinare cum prioribus temporibus cogitare vana, ut non properes a noviſſimis temporibus.

35. Et factum eſt poſt hæc, & flevi iterum: & ſimiliter jejunavi ſeptem diebus, ut ſuppleam tres hebdomadas, † quæ dictæ ſunt mihi.

36. Et factum eſt in octava nocte, & cor meum turbabatur iterato in me, & cœpi loqui coram Altiſſimo.

37. Inflammabatur enim ſpritus meus valde, & anima mea anxiabatur.

38. Et dixi, O Domine, loquens locutus es ab initio creaturæ in primo die * dicens, Fiat cœlum & terra: & tuum verbum, opus perfectum. l)

39. Et erat tunc ſpiritus, m) & tenebræ circumferebantur, & ſilentium, ſonus vocis hominis nondum erat abs te. n)

40. Tunc diſtixiſti de theſauris tuis proferri lumen luminoſum, quo appareret opus tuum.

41. ** Et die ſecunda creaſti ſpiritum firmamenti, & imperaſti ei ut divideret & diviſionem faceret inter aquas, ut pars quædam ſurſum recederet, pars vero deorſum maneret.

42. Et tertia die imperaſti aquis congregari in

† Daniel. X. 2.
* Ita accipit quod ait Moſes Gen. cap. I. verſu 1.
l) *Dixit & facta ſunt.* Pſ. XXXIII. 9.
m) Arab. Addit *ſuper aquas* ex Gen. I. 2.
n) Arab. *quia non erat operandi locus* (ſcil. in tenebris.)
** Verſus his totus in Arab. deſideratur.

in septima parte terræ: sex vero partes siccasti & conservasti, ut ex his sint coram te ministrantia seminata a Deo, & culta.

43. Verbum enim tuum processit, & opus statim fiebat.

44. Processit enim subito fructus multitudinis immensus, & concupiscentiæ gustus multiformes, & flores colore immutabili, o) & odores odoramenti investigabilis, & die tertia hæc facta sunt.

45. Quarta autem die imperasti fieri solis splendorem, lunæ lumen, stellarum dispositionem.

46. Et imperasti eis, ut deservirent futuro plasmato homini.

47. Quinta autem die dixisti septimæ parti, ubi erat aqua congregata, ut procrearet animalia, & volatilia, & pisces: & ita fiebat.

48. Aqua muta, & sine anima, quæ Dei nutu jubebantur, animalia faciebat, ut ex hoc mirabilia tua nationes p) enarrent.

49. † Et tunc conservasti duas animas: nomen uni vocasti Henoch, * & nomen secundæ vocasti Leviathan,

50. Et separasti ea ab alterutro. Non enim poterat septima pars, ubi erat aqua congregata, capere ea.

 51. Et

o) Arab. *colore multivario: & arbores amœnissimæ conspectu.*

p) Arab. *Generationes.*

† Versus 49. 50. 51. & 52. in Arab. desiderantur.

* *Behemoth* legendum.

51. Et dedisti Henoch * unam partem, siccata est tertia die, ut habitet in ea, ubi sunt montes mille.

52. Leviathan autem dedisti septimam partem humidam, & servasti eam, ut fiat in devorationem, quibus vis, & quando vis.

53. Sexta autem die imperasti terræ, ut crearet coram te jumenta, & bestias & reptilia:

54. Et super his Adam, quem constituisti ducem super omnibus factis quæ fecisti, & ex eo educimur nos omnes, quemque elegisti populum.

55. Hæc autem omnia q) dixi coram te Domine, quia propter nos creasti sæculum.

56. Residuas autem gentes ab Adam natas dixisti eas nil esse, & quoniam salivæ r) assimilatæ sunt, & quasi stillicidium de vase similasti abundantiam eorum.

57. Et nunc Domine, ecce, istæ gentes quæ in nihilum deputatæ sunt, cœperunt dominari nostri, & devorare nos. s)

58. Nos autem populus tuus, quem vocasti primogenitum, unigenitum, æmulatorem tuum, t) traditi sumus in manibus eorum. u)

59. Et

* Behemoth, ut recte Franciscus Junius. Vide de hac fabula Judaica Buxtorfii Synagog. Judaicam capite ultimo & scriptores laudatos à me in Codice apocrypho Novi Testam. T. I. p. 334. * & T. II. p. 525.

q) Arab. *Tunc ego sumsi mihi animum & dixi coram te, Domine quia dixisti: propter vos creavi sæculum.*

r) Arab. *pulveri.* s) id. *Conculcare pedibus.*

t) Arab. *amatum tuum.* u) id. *inimirum.*

59. Et, si propter nos creatum est sæculum, quare non hæreditatem possidemus x) cum sæculo? Usquequo hæc?

CAP. VII.

1. Et factum est, cum finissem loqui verba hæc, missus est ad me Angelus, qui missus fuerat ad me primis noctibus, y)

2. Et dixit ad me: Surge Esdra, & audi sermones, quos veni loqui ad te.

3. Et dixi: Loquere Deus meus. z) Et dixit ad me: Mare positum est in spatioso loco, ut esset altum & immensum; a)

4. Erit autem ei introitus in angusto loco positus, ut esset similis fluminibus.

5. Quis enim volens voluerit ingredi mare, & videre eum, vel dominari ejus: si non transierit angustum, in latitudinem quomodo venire poterit?

6. Item aliud, Civitas est ædificata, & posita in loco campestri: Est autem plena omnium bonorum.

7. Introitus ejus angustus, & in præcipiti positus, ut esset a dextris quidem ignis, a sinistris aqua alta:

x) Arab. *Quare hæreditate non possidemus sæculum & ea quæ nostra sunt?*

y) Verba: *Qui missus fueras ad me primis noctibus,* desunt in Arab.

z) Arab. *Domine.*

a) Addit. Arab. *& qui ingredi illud voluerint, valde timeant.*

8. Semita autem est una sola inter eos posita, hoc est, inter ignem & aquam, ut non capiat semita, nisi solum modo vestigium hominis.

9. Si autem dabitur civitas homini in hæreditatem, si numquam antepositum periculum pertransierit, quomodo accipiet hæreditatem suam?

10. Et dixi: Sic Domine. Et dixit ad me: Sic est & Israel * pars.

11. Propter eos enim feci sæculum, & quando transgressus est Adam constitutiones meas, judicatum est quod factum est. b)

12. Et facti sunt introitus hujus sæculi angusti, & dolentes & laboriosi: pauci autem & mali, & periculorum pleni: & labore magnopere fulti.

13. Nam majoris sæculi c) introitus spatiosi & securi, & facientes immortalitatis fructum.

14. Si ergo ingredientes non fuerint ingressi qui vivunt, angusta & vana hæc: non poterunt recipere quæ sunt reposita.

15. Nunc ergo quare tu conturbaris, cum sis corruptibilis? & quid moveris tu, cum sis mortalis? d)

16. Et quare non accepisti in corde tuo quod est futurum, sed quod in præsenti?

17. Respondi & dixi: Dominator Domine, ecce

* Eadem est Israëlis sive populi Israëlitici conditio.

b) *Facta est in creatura divisio.* Arab.

c) *Futuri sæculi* id.

d) Desunt in Arab. verba hæc: *& quid moveris tu cum sis mortalis?* ejusdem plane cum prioribus sententiæ.

ecce disposuisti lege tua, quoniam justi hæreditabunt hæc, impii autem peribunt.

18. Justi autem ferent e) angusta, sperantes spatiosa. Qui enim impie gesserunt, & angusta passi sunt, f) & spatiosa non videbunt.

19. Et dixit ad me: Non est judex super Deum, g) neque intelligens super Altissimum.

20. Pereunt enim multi præsentes, quia negligitur, quæ anteposita est Dei lex.

21. Mandans enim mandavit Deus venientibus, quando venerunt, quid facientes viverent, & quid observantes non punirentur.

22. Hi autem non sunt persuasi, & contradixerunt ei, & constituerunt sibi cogitamen vanitatis,

23. Et proposuerunt sibi circumventiones delictorum, h) & superdixerunt Altissimo, non esse, & vias ejus non cognoverunt,

24. Et legem ejus spreverunt, & sponsiones ejus abnegaverunt, & in legitimis ejus fidem non habuerunt, & opera ejus non perfecerunt.

25. Propter hoc Esdra, vacua vacuis, i) & plena plenis.

26. Ecce tempus veniet, & erit, k) quando venient signa quæ prædixi tibi, & apparebit

e) Arab. *pertulerunt patienter.*
f) id. *non patiuntur.*
g) Arab. *Dei loco.* Cætera desunt usque ad initium versus 21.
h) Arab. *crimen rebellionis.*
i) Arab. *vacua vanis & plena perfectis.*
k) id. *& appropinquat.*

ſponſa, l) & apparescens ostendetur quæ nunc ſubducitur terra:

27. Et omnis qui liberatus eſt de prædictis malis, ipſe videbit mirabilia mea. m)

28. Revelabitur enim filius meus JESUS * cum his qui cum eo ſunt, & jucundabuntur qui relicti ſunt in annis quadringentis,

29. Et erit poſt annos hos, † & morietur filius meus CHRISTUS, & omnes qui ſpiramentum habent homines:

30. Et convertetur ſæculum in antiqvum ſilentium diebus ſeptem, ſicut in prioribus judiciis, n) ita ut nemo derelinquatur.

31. Et erit poſt dies ſeptem, & excitabitur quod nondum vigilat ſæculum, & morietur corruptum:

32. Et terra reddet quæ in ea dormiunt, & pulvis qui in eo ſilentio habitant, & promptuaria reddent quæ eis commendatæ ſunt animæ.

33. Et

l) *Civitas.* Arab.

m) id. *ei exſpectatus erit Filius meus.*

* S. Ambroſius in Lucæ II. 21. *Dominus noſter JESUS nominatus eſt, antequam natus, cui non Angelus, ſed Pater nomen impoſuit.* Revelabitur enim, *inquit*, Filius meus JESUS cum eis qui cum eo judicabuntur, qui relicti ſunt in annis quadringentis. Et erit poſt annos hos, & morietur Filius meus CHRISTUS & convertetur ſæculum. *Vides Angelos quæ audiverint, non quæ uſurpaverint nunciare.*

† Verba: *& morietur Filius meus CHRISTUS,* in Arab. deſiderantur.

n) Verba: *ſicut in prioribus judiciis,* deſunt in Arab.

33. Et revelabitur Altissimus super sedem judicii, o) & pertransibunt miseriæ, & longanimitas congregabitur.

34. Judicium autem p) solum remanebit, veritas stabit, & fides convalescet,

35. Et opus subsequetur, & merces ostendetur. & justitiæ vigilabunt, & injustitiæ non dominabuntur.

Hoc loco addit Arabica versio:

Tunc justi & impii ac peccatores proferent in lucem quæ occultaverant: tunc abyssus pœnarum patebit, contrarius habitationibus consolationis: & apparebit profundam inferorum, cui oppositus erit paradisus mire amœnus plenusque bonis ac gaudio. Tunc Altissimus dicet resuscitatis: Vide te & intelligite quem negastis, cui noluistis vos submittere & cujus mandata contemsistis. Ecce voluptatem consolationis ante oculos meos, atque inextinguibilem ignem qui vos circumdabit. Hæc ad eos dicturus est in die judicii. In illa die nec sol erit nec lux, nec luna aut stellæ, nec nubes, nec tonitru, nec turbo, nec fulgur, non aqua nec aër, nec tenebræ, nec nox nec dies. Non æstus, nec autumnus, nec ver, nec hiems: Non tempestas, nec æstus, nec nix, nec ventus, nec pluvia, nec frigus, nec ros. Neque lumen à tenebris supervenientibus comprehendendum, omnes enim lumini gloriæ supplicare cogentur.

o) Add. Arab. *& veniet misericordia.*

p) id. add, *Domini qui personas non accipit.*

gentur. Hæc futura sunt necessario, & numerus horum omnium est hebdomas annorum, & hæc est mensura omnium horum quæ eventura sunt illorumque ordo. Tuque unicus cui singula hæc sunt revelata.

Tunc ego, beati, inquam, Domine sunt illi qui deprehendentur servasse illa omnia quæ mihi dixisti, atque ego hoc à te peto & oro, ut mihi detur illa servare. Sed quotusquisque est qui non peccat, & quis natus est ex filiis hominum qui fœdus non transgreditur? Et quam paucos video qui ad supplicationem & gaudium futuri sæculi accedunt? Loca vero pœnarum multivaria sunt, & multi ad ea ruunt, quoniam malus in cordibus nostris omnia hæc mala posuit, & nos decepit, & à via fecit declinare, & ad interitum nos seduxit, viamque nos docuit mortis, & à via vitæ longe nos removit, neque hoc tantum, sed amplius etiam.

Et respondit mihi, audi, inquit, o Esdra, ut doceam te tempus secundum, & quod Altissimus non unum sed duos mundos condidit. Non ne dicebas puros non adeo multos esse, impios autem longe plures? Audi ad hæc responsum. Si pretiosos habes lapides paucos numero, num illis adjunges plumbea luteaque? Minime, inquam. Tum ille, roga inquit terram & illa te edocebit. Dicas illi, tu produxisti aurum & argentum, æs, ferrum & plumbum & lutum. Et ecce plus argenti est quàm auri, plus æris quam argenti, plus ferri quàm æris, plus plumbi quàm ferri, & plus luti quam ferri. Expende

pende jam tecum ecquod horum sit melius & electius & jucundius, id quod frequentius est an vero id quod est rarius? Respondi ego, id quod frequentius est, minime melius est: illud vero quod est rarius, est etiam præstantius & electum.

Et dixit ad me, intellige hæc de te ipso ex iis quæ jam nosti, quod ille qui rariora habet, magis in illis gaudebit, quam qui habet quæ latius & frequentius obvia sunt. Et hæc est ratio processus quo utar in judicio quod promisi. Gaudebo in paucis illis qui evadent, quoniam illi sunt missi ad gloriam Altissimi. Hi sunt populus peculiaris in quo nomen vocatum est meum, magnam autem multitudinem præteribo qui peribunt, ligati merito ad infernum, quos oportet ad judicium veritatis adduci. Hi in fumum redigentur die punitionis & tradentur in flammas ignis qui ardet in inferno, ad eversionem, ruinam & exstirpationem.

Et respondens dixi: & tu o lutum unde & quomodo factum est ut ad lapsum te deprimi contigerit? Utinam simile fuisses nunquam creatis, utinam nunquam exstitisses! & quid dicam de intellectu quem accepimus? nonne bonus ille nobis dux erat & in nobis adolescebat? ideo autem puniendi erimus quia intellectus fuit in nobis, & nos eum destruximus. Hominum igitur conditio lamentabilis ac deploranda: bestiæ gaudebunt, homines lugebunt. Gaudebunt quadrupeda quoniam sors illorum melior quam nostra est: illa enim non adducentur

in

in judicium, neque pœnæ ab iis repetentur, neque post mortem illorum vita illis alia exspectanda restat. Nos autem quale beneficium est quod accipiemus, iterum redituri in vitam, quos pœnæ inferorum manent. Homines omnes subacti peccatis, omnes pleni iniquitate, omnes onere transgressionum gravati. Quoniam igitur post mortem subeundum nobis judicium est, præstaret nobis nunquam natos fuisse.

Et respondit mihi, dixitque: Cum DEUS altissimus crearet mundum, & Adamum, & ex ipso nascituros, præparavit etiam judicium his qui merituri illud essent. Igitur secundum tua ipsius verba age, intellige. Ais intellectum nobiscum adolescere, cum alia in terris illo careant. Propterea igitur puniendi erunt, quoniam præditi cognitione & donati munere ac principio moderandi intellectus, hoc contemserunt & transgressi sunt: acceperunt mandata & illa non servarunt, sed libidines suas statuerunt veluti legem contrariam, & à lege veritatis quam acceperunt longe recessere. Igitur non habebunt excusationem qua se defendant in die judicii, neque responsum in die ultimo. Quoties DEUS gratiam tolerandi homines hujus mundi prolongavit? Non propter vos autem tantummodo prolongat misericordiam suam, sed ut numerus temporum dilatorum impleatur, quem in Verbo suo significavit.

Et ego, si gratiam, inquam, inveni apud te, unum hoc mihi, servo tuo expone. Post mortem

tem hanc præsentem, cum ab unoquoque anima reddita erit, nunc in locum quietis recondemur usque ad tempus quo judicium feres in justitia, & in novas creaturas eos immutabis, an statim ad pœnam rapiemur?

Et ille respondit mihi ac dixit: & hoc tibi explicabo. Nam quod ad te attinet, quia tu non es conjunctus rebellibus, neque similis iis qui in corde suo veritati non obediunt, non numeraberis inter eos à quibus pœnæ repetentur, quia thesaurum habes plenum bonorum operum, comparatum tibi ab Altissimo, qui in præsenti à te non animadvertitur, sed in plenitudine temporum apparebit. Quod ad præsentem vero mortem attinet, attende. Quando decretum exit ab Altissimo, atque ipse jussit hominem mori, spiritus ejus & quicquid habet vitæ mutatur, donec corpore ejus exeat, ut revertatur ad DEUM qui immisit eum. Et ante omnia coram gloria Altissimi profiteruit se, atque si rebellis fuerit & legum transgressor, nec servaverit vias Altissimi, neque similis fuerit iis qui ipsum timent: hæc anima non intrabit plena lucis habitacula, sed ab eo tempore ligabitur, & addetur iis qui in judicium adducendi sunt. Hi magno luctu cordis, septemplici doloris genere vicem suam lamentabuntur. *Primo* quod corda ipsorum sunt inobedientia ad incedendum in viis Altissimi. *Secundo* quod ab hoc tempore nihil possunt facere boni, ut vivant. *Tertio* quod vident præmia quæ tribuuntur iis qui præcepta Altissimi servarunt. *Quarto* quando

do vident pœnas sibi paratas atque in futurum eis immittendas. *Quinto* quando considerant loca in quibus animæ ipsorum custodiuntur & conclusæ tenentur ab angelis. *Sexto* quod ægritudine cordis liquescunt præ metu pœnarum quæ eos manent. *Septimum* doloris genus omnibus hactenus memoratis majus est & gravius, quoniam superfundentur confusione & remorsu arrodentur, & in mœrore manebunt ob severitatem quam extimescunt, quando spectabunt magnitudinem gloriæ Altissimi: vitam enim suam consumsere in peccatis in conspectu ejus qui sententiam postea de illis feret, & hæreditas ipsorum erit pœna sempiterna. Solatia autem eorum, qui mandata Domini Altissimi custodivere, hæc erunt: Primo omnium, quando illi placuerit transferre quosdam eorum ex corpore hoc corruptibili, quod per tempus aliquod manet, & Domino servivit in timore, præcipua ipsorum consolatio est quod intuebuntur gloriam Altissimi, dum ab illo præmia recipiunt quæ septem excellentibus generibus & ordinibus sive gradibus consistunt. *Primus* gradus est, quod varios eluctati sunt labores donec superarunt eum qui creatus cum ipsis est, inimicum & omnia ejus mala opera & omnes ejus turpes cogitationes, ita ut non potuerit eos seducere deceptione per vires aut technas suas, ut a vita ad mortem eos deflecteret. *Secundus* gradus est, quod visuri sunt impios ardere siti & flammis ignis perpetuis, igne æter-

æterno excruciandos. *Tertius* gradus est, quod videbunt testimonium dari sibi ab Altissimo, quod observatione mandatorum vitam per fidem suam obtinuerunt. *Quartus* gradus est, quod perfruentur voluptate consolationis, bonaque spe bonorum ac felicitatis quæ ipsis evenient, & quibus olim in habitationibus vitæ perfruentur. *Quintus* gradus est genus & modus gaudii quod sentient, corruptio enim hoc tempore longe ab illis remota, atque seipsos præparant ad fruendum vita quæ jam initium capiet, visuri eum quem oculus non vidit. Tunc considerabunt angustum per quem incesserunt tramitem, & quomodo per hunc ad vitam pervenerint & molestias cum quibus luctandum illis fuerit, & quod per has jam in solutum statum ac libertatem sunt perducti. Tributa quoque ipsis est vitæ laxitas; ut à morte immunes sint in æternum. *Sextus* gradus est, quod sciunt facies suas splendere, & similes fore fulgori solis, & splendori micantium ac lucentium stellarum, neque lapsuros amplius nec corruptioni obnoxios futuros. *Septimus* gradus omnibus prioribus superior est, quod lætabuntur in magnitudine beatitatis, & in consolatione sine sollicitudine, nec facies eorum confundentur. Laudabunt Deum & gaudebunt in perpetuum, intuentes gloriam Dei cujus satietatem capere nemo potest. Illi enim faciem ejus intuebuntur qui servierunt illi, & illi cum eo vivent qui eos glorificabit & præmiis afficiet. Hi sunt gradus glorioſi qui obtingent ani-

mabus justorum, quique promissi illis sunt: & hæc est descriptio cruciatum & tormentorum quæ impios manent.

Et respondi ac dixi: Dabiturne animabus aliquod tempus, quum corporibus excesserunt, priusquam videant illa de quibus dictum est? Et ait mihi: per septem dies liberum ipsis erit spectare intra hoc septiduum omnes habitationes de quibus antea ad te dixi: postea singuli transferentur in loca quibus digni sunt, & diligenter custodientur.

Et ego ad illum, si gratiam, inquit, inveni coram facie tua, expone quæso servo tuo quod ex te quæram. In die judicii integrum ne erit viro justo intercedere pro peccatore apud Altissimum, aut parentibus pro liberis, liberis pro parentibus, aut cognatis pro cognatis, aut amicis pro amicis? Et respondit mihi & dixit: Quoniam invenisti gratiam coram oculis meis, etiam hoc tibi exponam & te edocebo. Dies judicii determinabit omnia & decretoriam feret sententiam ac firmo sigillo obsignabit. Sicut igitur quum homo ex hac vita excessit, pater non potest ad filium mittere aut negotia ejus scisscitari, nec patris filius, aut dominus servi, vel amicus amici, num dormiat, edat, an securam degat vitam, neque ullo modo curam ejus gerere potest. Similiter illo tempore nullus pro altero intercedet vel orabit, sed quilibet suam ipse personam causamque sustinebit, sive impius sive justus fuerit.

Hactenus ex Arabica versione.

36. Et

36. Et dixi, primus Abraham p) propter Sodomitas oravit, & Moyſes pro patribus, qui in deſerto peccaverunt,

37. Et qui poſt eum q) pro Iſrael in diebus Achani.

38. Et Samuel & David pro confractione, & Salomon r) pro eis qui venerunt in ſanctificationem.

39. Et Elias s) pro his qui pluviam acceperunt, & pro mortuo ut viveret,

40. Et Ezechias t) pro populo in diebus Sennacherib, & multi pro multis.

41. Si ergo modo quando corruptibile increvit, & injuſtitia multiplicata eſt, & oraverunt juſti pro impiis: quare & nunc ſic non erit?

42. Et reſpondit ad me, & dixit: præſens ſæculum non eſt finis, u) gloria in eo frequens

 manet:

p) Arab. *Quomodo invenimus Abrahamum oraſſe pro Sodomitis, & Moſen* &c. Gen. XVIII. 23. Exod. XXXII. 32.

q) Joſuæ VII. 6. ſeq. 1 Sam. VII. 9. 2 Sam. XXXIV. 17. In Arab. hæc ita leguntur: *Et Joſua poſtea pro filiis Iſrael. Et Samuel in diebus Davidis. Et David pro plaga quæ affligebat populum, & Salomon cum poneret fundamentum ædis quam ædificabat Domino.*

r) 3 Reg. VIII. & 2 Chronic. VI.

s) 3 Reg. XVIII. 42. & XVII. 21.

t) 4 Reg. XIX.

u) Arab. *in præſenti ſæculo id poteſt fieri, quia honor ejus non eſt perennis.*

manet: propter hoc oraverunt pro invalidis. *

43. Dies enim judicii x) erit finis temporis hujus, & initium temporis futuræ immortalitatis, in quo transivit corruptela:

44. Soluta est intemperantia, y) abscissa est incredulitas: crevit autem justitia, orta est veritas.

45. Tunc enim nemo poterit salvare eum qui periit, neque demergere qui vicit.

46. Et respondi, & dixi: Hic est sermo meus primus & novissimus, quoniam melius erat non dare terram Adam, vel cum jam dedisset, z) coërcere eum ut non peccaret.

47. Quid enim prodest hominibus, in præsenti vivere in tristitia, & mortuos sperare punitionem?

48. O tu quid fecisti, Adam? si enim tu peccasti, non est factus solius tuus casus, a) sed & noster qui ex te advenimus.

49. Quid enim prodest nobis, si promissum est nobis immortale tempus: b) nos autem mortalia opera egimus?

50. Et

* Pro impiis, intellige.

x) Arab. *Sed in futuro sæculo id non amplius fiet: nam finis hujus sæculi est initium ejus cujus vitæ non morietur & à qua remota est corruptela.*

y) *Evanuit malitia* id.

z) Arab. *vel non tribuere ei intellectum & cognoscendi vim, ut non posset peccare.*

a) *Quomodo igitur non tibi soli meruisti mortem?* Arab.

b) *Promissa vita non mors.* id.

50. Et quoniam prædicta est nobis perennis spes, nos vero pessimi vani facti sumus. c)

51. Et quoniam reposita sunt nobis habitacula sanitatis d) & securitatis: nos vero male conversati sumus.

52. Et quoniam reposita est gloria Altissimi protegere eos qui tarde e) conversati sunt: nos autem pessimis viis ambulavimus.

53. Et quoniam ostendetur paradisus, cujus fructus incorruptus perseverat, in quo est securitas & medela:

54. Nos vero non ingrediemur. In ingratis enim locis f) conversati sumus.

55. Et quoniam super stellas g) fulgebunt facies eorum, qui abstinentiam habuerunt: nostræ autem facies super tenebras nigræ.

56. Non enim cogitavimus viventes quando iniquitatem faciebamus, quod incipiemus post mortem pati.

57. Et respondit, & dixit: Hoc est cogitamentum a) certaminis, quod certabit qui super terram natus est homo,

c) *Nos vero vana agimus.* Arab.

d) *Laboris expertia & sollicitudinis libera, nos vero vitam nostram malis operibus consumsimus.* id.

e) Arab. *In abstinentia.*

f) id. *In malis operibus.*

* Daniel XII. 13.

g) *Ecce quando nati viventes peccamus, videmus quod in futurum meruimus luctum & pœnas.* id.

a) Arab. *imaginatio & cogitatio hujus sæculi.*

58. Ut si victus fuerit, b) patiatur quod dixisti: si autem vicerit, recipiet c) quod dico:

59. Quoniam hæc est vita, quam Moyses dixit d) cum viveret, ad populum, dicens, Elige tibi vitam ut vivas.

60. Non crediderunt autem ei, sed nec post eum prophetis: sed nec mihi, qui locutus sum ad eos. e)

61. Quoniam f) non esset tristitia in perditionem eorum, sicut futurum est gaudium super eos, quibus persuasa est salus.

62. Et respondi, & dixi: Scio Domine, quoniam vocatus est Altissimus misericors in eo, quod miseratur his, qui nondum in seculo advenerunt,

63. Et quod misereatur illis, qui g) conversionem faciunt in lege ejus:

64. Et longanimis est, quoniam longanimitatem præstat h) his qui peccaverunt, quasi suis operibus: i)

65. Et

b) *si certet & victus fuerit.* id.

c) *Gaudium quod dixi.* id.

d) Arab. *dixit ad populum.* Deut. XXX. 15. 19.

e) Arab. *ad te.*

f) *Itaque non doleo neque impedire velim eorum exitium: sed gaudeo in eo, quia cor eorum bono obsequi recusat.* id.

g) Arab. *qui assueti viæ rectæ, legem ejus observant.*

h) *Longum tempus exspectat.* id.

i) Add. Arab. *retribuitque iis qui operati sunt justitiam.*

65. Et munificus est, k) quoniam quidem donare vult pro exigentiis.

66. Et multæ misericordiæ, quoniam multiplicat magis misericordias his l) qui præsentes sunt, & qui præterierunt, & qui futuri sunt.

67. Si enim non multiplicaverit misericordias suas, non vivificabitur sæculum cum his, qui inhæreditabunt in eo.

68. Et donat: quoniam si non donaverit de bonitate sua, ut alleventur hi, qui iniquitatem fecerunt, de suis iniquitatibus non poterit decies millesima pars vivificari hominum.

69. Et judex m) si non ignoverit his qui curati sunt verbo ejus, & deleverit multitudinem contentionum: non fortassis derelinquerentur in innumerabili multitudine, nisi pauci valde.

k) *Et liberaliter largitur iis qui quærunt bonum, præmiaque operibus rependit.* id.

l) Arab. *his qui humiliant se aguntque pœnitentiam & ad eum convertuntur, ac confitentur ei cum magna gratiarum actione. Si enim ira ejus excandesceret, mundus hic omnino non esset, neque qui sunt in eo, viverent. Sed multiplicat dona digna quæ grato animo accipiantur.*

m) *Judex justus qui non accipit personas.* id.

CAP. VIII.

1. Et respondit ad me & dixit: Hoc sæculum fecit Altissimus propter multos, futurum autem propter paucos.

2. Dicam autem coram te similitudinem, Esdra. Quomodo autem interrogabis terram, & dicet tibi, quoniam dabit terram multam magis unde fiat fictile, parvum autem pulverem unde aurum fit: sic & actus præsentis seculi.

3. Multi quidem creati sunt, pauci autem salvabuntur.

4. a) Et respondi & dixi: Absorbe ergo anima sensum, & devora quod sapit.

5. Conveniſti enim obaudire, & prophetare volens. Nec enim tibi datum est spatium, nisi solummodo vivere.

6. O Domine, si non permittes servo tuo, ut oremus coram te, & des nobis semen cordi, & sensui culturam, unde fructus fiat, unde vivere possit omnis corruptus, qui portabit locum hominis?

7. Solus

a) Arab. 4. *Et dixit ad me: anima cum descendit, sensus & intelligentiæ facta est particeps & cogitatio ducit ad auscultandum.* 5. *Et tibi vero non omne tempus datum est, sed breve tantum spatium ad vivendum.* 6. *Et dixi ad Eum; si tu jubes me servum tuum coram te orare, da cordi meo ut fructum ferat, & inde utilitatem ego capiam, & ut omnes carne induti salvemur.*

7. Solus enim es b) & una plasmatio nos sumus manuum tuarum, sicut locutus es:

8. Et quomodo nunc in matrice plasmatum est corpus, & præstas membra: conservatur in igne & aqua tua creatio: & novem mensibus patitur tua plasmatio tuam creaturam quæ in ea creata est:

9. Ipsum autem quod servat, & quod, servatur, utraque servabuntur: servataque quandoque iterum reddit matrix, quæ in ea creverunt.

10. Imperasti enim ex ipsis membris, hoc est mamillis præbere lac fructui mamillarum,

11. Ut nutriatur id, quod plasmatum est usque in tempus aliquod, & postea disponas eum tuæ misericordiæ.

12. Enutristi eum tua justitia, & erudisti eum in lege tua, & corripuisti eum tuo intellectu:

13. Et mortificabis eum, c) ut tuam creaturam; & vivificabis eum ut opus tuum.

14. Si ergo perdideris eum qui tantis laboribus plasmatus est: tuo jussu facile est ordinari, ut & id quod fiebat servaretur.

15. Et nunc Domine, dicam, de omni homine tu magis scis: de populo autem tuo, ob quem doleo;

16. Et de hæreditate tua, propter quam lu-

b) *Omnes enim idem sumus.* id.

c) Arab. 13. *Et tu morti das eum quem creasti, & tantopere amasti utpote opificium manuum tuarum.* 14. *Si ergo destruis eum post tantam molem quem creasti, cur omnino dedisti ei ut existeret?*

geo: & propter Israel, propter quem tristis sum: & de Jacob, propter quem doleo:

17. Ideo incipiam orare coram te pro me, & pro eis: d) quoniam video lapsus nostros, qui inhabitamus terram.

18. Sed audivi celeritatem judicis qui futurus est.

19. Ideo audi vocem meam, & intellige sermonem meum, & loquar coram te.

20. Initium verborum Esdræ priusquam assumeretur: e) & dixi, Domine, qui inhabitas sæculum, f) cujus oculi elevati in superna & aëre:

21. Et cujus thronus inæstimabilis, & gloria incomprehensibilis: cui astat exercitus angelorum cum tremore,

22. Quorum servatio g) in vento & igni convertitur: cujus verbum verum, h) & dicta perseverantia:

23. Cujus jussio fortis, & dispositio terribilis: cujus aspectus arefacit abyssos, & indignatio tabescere i) facit montes, & veritas testificatur:

24. Exaudi

d) In Arab. sequitur: *& vidi ictum qui imminet creaturæ tuæ.* Deinde statim vers. 19.

e) Verba hæc: *Initium verborum Esdræ priusquam assumeretur*, in Arab. desunt.

f) *Qui es ante sempiterna sæcula, & qui accurate perspicis cœlos & omnia sublimia.* id.

g) *Quorum arma lucem præ se ferunt ac splendorem.* Arab. Psal. CIV. 4.

h) *Magnum & verum.* id. i) Arab. *tremere.*

24. Exaudi orationem servi tui, & auribus percipe precationem figmenti tui.

25. Dum enim vivo, loquar: & dum sapio, k) respondebo:

26. Nec respicias populi tui delicta, sed qui tibi in veritate l) serviunt.

27. Nec intendas impia gentium m) studia, sed qui tua testimonia cum doloribus custodierunt.

28. Nec cogites n) qui in conspectu tuo falsè conversati sunt, sed memorare qui ex voluntate tua timorem cognoverunt.

29. Neque volueris perdere, o) qui pecudum mores habuerunt: sed respicias eos, qui legem tuam splendide p) docuerunt.

30. Nec indigueris eis, q) qui bestiis pejores judicati sunt: sed diligas eos, qui semper in tua justitia confidunt, & gloria.

31. Quoniam nos & patres nostri talibus morbis languemus: r) tu autem propter nos peccatores misericors vocaberis.

32. Si

k) *Dum cogito.* id.

l) *In justitia & veritate.* id.

m) Arab. *Ne respicias opera impiorum, sed eorum qui tuum fœdus custodierunt, ecce enim sunt in miseria constituti.*

n) *Neque iræscaris nobis propter eos qui in populo tuo fecerunt vana in conspectu tuo.* id.

o) Arab. addit *nos cum populo qui* &c.

p) *Splendorem legis tuæ docuerunt.* id.

q) Arab. *Nobis propter eos.*

r) Pro hac priore parte commatis in Arab. est: *Tu Deus es*

32. Si enim desideraveris ut nostri miserearis s) tunc misericors vocaberis, nobis autem non habentibus opera justitiæ.

33. Justi enim quibus sunt opera multa reposita, ex propriis operibus recipient mercedem. t)

34. Quid est enim homo, ut ei indigneris: u) aut genus corruptibile, ut ita amarus sis de ipso?

35. In veritate enim nemo de genitis est, qui non impie gessit, & de confitentibus x) qui non deliquit.

36. In hoc enim annuntiabitur justitia tua, & bonitas tua Domine, cum misertus fueris eis qui non habent substantiam bonorum operum.

37. Et respondit ad me, & dixit: Recte locutus es aliqua: y) & juxta sermones tuos, sic & fiet.

38. Quoniam non vere cogitabo z) super plasma

es Deus Patrum nostrorum. Nos & qui ante nos fuerunt in misericordiam tuam speramus.

s) *Quia nos elegisti tibi in populum.* id.

t) *Opera justorum coram te splendent, & per opera sua digni sunt mercede quam recipient in futuro sæculo quod sine caret.* Arab.

u) Quæ sequuntur in hoc versu, Arab. non habet.

x) Hoc est, de piis etiam & qui Deum confitentur. Arab. *substantiam habentibus*, bonorum operum intellige, de qua v. 36.

y) *Aliqua*, deest in Arab.

z) Arab. *Non valde curo de illis creaturis meis quæ* &c.

plasma eorum, qui peccaverunt ante mortem, ante judicium, ante perditionem:

39. Sed jucundabor super justorum figmentum, & memorabor peregrinationis a) quoque, & salvationis & mercedis receptionis.

40. Quomodo ergo locutus sum, sic & est.

41. Sicut enim agricola serit super terram semina multa, & plantationes multitudinis plantat, sed non in tempore omnia quæ seminata sunt, salvantur, sed nec omnia quæ plantata sunt, radicabunt: sic & qui in sæculo seminati sunt, non omnes salvabuntur.

42. Et respondi, & dixi: Si inveni gratiam, loquar.

43. Quomodo semen agricolæ si non ascenderit, aut non acceperit pluviam tuam in tempore, aut si corruptum fuerit multitudine pluviæ, b)

44. Sic perit: & similiter homo qui manibus tuis plasmatus est, & tu ei imago nominatus, quoniam similatus es ei, propter quem omnia plasmasti: & similasti semini agricolæ. c)

45. Non irascaris super nos: sed parce populo tuo, & miserere hæreditati tuæ. Tu autem creaturæ tuæ misereris.

46. Et respondit ad me, & dixit: Quæ sunt præsentia præsentibus, d) & quæ futura futuris.

47. Mul-

a) *Vicæ ipsorum.* id.

b) Pro *multitudine pluviæ*, Arab. habet, *variis de causis.*

c) Arab. *itaque similasti eum semini agricolæ.*

d) *Præsenti congruentia ætati.* id.

47. Multum enim tibi restat, e) ut possis diligere meam creaturam super me: tibi autem frequenter & ipsi proximavi, injustis autem nunquam.

48. Sed & in hoc mirabilis es coram Altissimo.

49. Quoniam humiliasti te sicut decet te, & non judicasti te, ut inter justos plurimum glorificeris.

50. * Propter quod miseriæ multæ, & miserabiles efficientur eis, qui habitant sæculum in novissimis: quia in multa superbia ambulaverunt.

51. Tu autem pro te intellige, & de similibus tuis inquire gloriam.

52. Vobis enim apertus est paradisus, plantata est arbor vitæ, præparatum est futurum tempus, præparata est abundantia, ædificata est civitas, probata est requies, perfecta est bonitas & perfecta sapientia.

53. Radix mali signata est a vobis: infirmitas & tinea a vobis absconsa est, & in infernum fugit corruptio in oblivione.

54. Transierunt dolores, & ostensus est in fine thesaurus immortalitatis.

55. Noli ergo adjicere inquirendo de multitudine eorum qui pereunt. 56. Nam

e) Arab. *Multum continuasti objectiones: num quid plus diligis creaturam meam quam ego?* (Confer. supra V. 33.) *Te illis dixisti similem & injustis te annumerasti, cum non sis injustus.*

* Hoc loco deest folium in Codice Manuscript. Arabico, ut supra. IV. 23.

56. Nam & ipsi accipientes libertatem, † spreverunt Altissimum, & legem ejus contempserunt, & vias ejus dereliquerunt.

57. Adhuc autem justos ejus conculcaverunt.

58. Et dixerunt in corde suo, ** non esse Deum: & quidem scientes quoniam moriuntur.

59. Sicut enim vos suscipient quæ prædicta sunt: sic eos sitis, & cruciatus, quæ præparata sunt. Non enim voluit hominem disperdi.

60. Sed & ipsi qui creati sunt, coinquinaverunt nomen ejus qui fecit eos: & ingrati fuerunt ei qui præparavit eis vitam.

61. Quapropter judicium meum modo appropinquat.

62. Quæ non omnibus demonstravi, nisi tibi, & tibi similibus paucis. Et respondi & dixi:

63. Ecce nunc Domine demonstrasti mihi multitudinem signorum, quæ incipies facere in novissimis: Sed non demonstrasti mihi quo tempore.

CAP. IX.

1. Et respondit ad me, & dixit: metiens metire tempus in semetipso: & erit cum videris, quando transierit pars quædam * signorum quæ prædicta sunt.

2. Tunc intelliges quoniam ipsum est tempus

† Libertatem arbitrii.
** Psalm XIV. 1. LIII. 1.
* Hoc loco iterum incipit Codex Manuscriptus Arab.

pus in quo incipiet Altissimus visitare sæculum quod ab eo factum est. a)

3. Et quando videbitur in sæculo motio locorum, b) & populorum turbatio,

4. Tunc intelliges quoniam de his erat Altissimus locutus a diebus qui fuerunt ante te ab initio.

5. Sicut enim omne quod factum est in sæculo initium habet, pariter & consummationem, & consummatio est manifesta:

6. Sic & Altissimi tempora initia habent manifesta in prodigiis & virtutibus, & consummationes in actu & in signis.

7. Et erit, omnis qui salvus factus fuerit, & qui poterit effugere per opera sua, & per fidem c) in qua credidistis,

8. Relinquetur de prædictis periculis, & videbit salutare meum in terra mea, & in finibus meis, d) quoniam sanctificavi me a sæculo. e)

9. Et tunc miserebuntur f) qui nunc abusi sunt vias meas: & in tormentis commorabuntur hi qui eas projecerunt in contemptu.

10. Qui

a) Arab. *præsens sæculum.*

b) *Mutationes, tumultus & seditiones populorum, tyrannidem Principum Rectorumque variis in locis, nemine existente qui illos dirigat.* id.

c) Arab. *fidem in DEUM.*

d) *In monte sanctitatis meæ.* id.

e) Arab. *Quos ante sæculum sanctificavi.*

f) *Mirabuntur & stupebunt.* id.

10. Qui enim non cognoverunt me, viventes g) beneficia consecuti:

11. Et qui fastidierunt legem meam, cum adhuc erant habentes libertatem,

12. Et h) cum adhuc esset eis apertus pœnitentiæ locus, non intellexerunt, sed spreverunt: i) hos oportet post mortem in cruciamento cognoscere. k)

13. Tu ergo noli adhuc curiosus esse, quomodo impii cruciabuntur: Sed inquire quomodo justi salvabuntur, & quorum sæculum, l) & propter quos sæculum, & quando. m)

14. Et respondi, & dixi,

15. Olim locutus sum, & nunc dico, & postea dicam: quoniam plures sunt qui pereunt, quam qui salvabuntur, sicut multiplicatur fluctus super guttam.

16. Et respondit ad me & dixit,

17. Qualis ager, talia & semina: & quales flores, tales & tinctura: n) & qualis operator, talis

g) *Cum viverent, & ego illis benefacerem.* Arab.
h) *Et ego misericordiam facerem illis.* id.
i) Arab. *nec consideraverunt ut converterentur, sed hic populus avertit vias suas, & corde suo non obedivit.*
k) addit Arab. *Quis sit ille quem rejecerunt.*
l) *Sæculum futurum.* id.
m) *Et quod in perpetuum in illo commoraturi sunt.* Arab.
n) Arab. *quale genus bonorum ramorum, tale sæculum ex eo oriens: & qualia opera, tale judicium: & qualia signa agrorum, talis mensura areæ triturationis.*

talis & creatio: & qualis agricola, talis cultura: quoniam tempus erat sæculi. o)

18. Et nunc cum essem parans eis, his qui nunc sunt; antequam fieret sæculum, in quo habitarent; & nemo mihi contradixit.

19. Tunc enim p) quisque, & nunc creator in mundo hoc parato, & messe indeficienti, & lege investigabili corrupti sunt mores eorum.

20. Et consideravi sæculum, & ecce erat periculum q) propter cogitationes quæ in eo advenerunt.

21. Et vidi & peperci ei valde, & servavi mihi acinum de botro, & plantationem de tribu multa. r)

22. Pereat ergo multitudo s) quæ sine causa nata

o) id. *Nam qui in illa ætate futuri sunt, plures erunt quam qui hic numerantur: parata enim erit pro iis qui ad mundum futurum pertinent, qui erunt in illo ita ut nemo impediat. Nam mundus ille non similis nostro est temporalis & sæcularis, sed perpetuus in quo bona innumera & mansiones incomprehensibiles.*

p) Arab. *Sed præsentis ætatis populus vias suas malis operibus corrupit.*

q) *Vergens ad destructionem.* id.

r) Arab. *arborem unam ex magna silva.*

s) Arab. *& destruam multitudinem quæ ambulavit in vanitate.*

nata est, & servetur acinus meus, & plantatio mea: quia t) cum multo labore perfeci.

23. Tu autem si adhuc intromittas septem dies alios, sed u) non jejunabis in eis:

24. Ibis in campum florum, ubi domus non est ædificata: & manducabis solummodo de floribus campi, & carnem non gustabis, & vinum non bibes, sed solummodo flores:

25. Deprecare Altissimum sine intermissione, & veniam, & loquar tecum.

26. Et profectus sum, sicut dixit mihi, in campum qui vocatur Ardath, x) & sedi ibi in floribus. Et de herbis agri manducavi, & facta est mihi esca earum in saturitatem.

27. Et factum est post dies septem, & ego discumbebam supra fœnum, & cor meum iterum turbabatur sicut ante.

28. Et apertum est os meum, & inchoavi dicere coram Altissimo, & dixi,

29. O Domine, te nobis ostendens, ostensus es patribus nostris in deserto, quod non calcatur, & infructuoso, quando erant exeuntes de Ægypto: & dicens dixisti,

30. Tu Israël audi me, & semen Jacob intende sermonibus meis.

t) id. *quam.*

u) Arab. *& jejunabis in eis.* Minus bene.

x) Arab. *Araat.*

31. Ecce enim ego semino in vobis legem meam, & faciet in vobis fructum, & glorificabimini in eo per sæculum.

32. Nam y) patres nostri accipientes legem, non servaverunt, & legitima mea non custodierunt, & factus est fructus legis non parens z) nec enim poterat, quoniam tuus erat.

33. Nam qui acceperunt, perierunt, non custodientes quod in eis seminatum fuerat.

34. Et ecce, consuetudo est, ut, cum acceperit terra semen, vel navem mare, vel vas aliquod escam vel potum: cum fuerit exterminatum id, in quo seminatum est, vel in quod missum est:

35. Simul id quod seminatum, vel missum est, vel quæ suscepta sunt, exterminantur, & suscepta jam non manent apud nos: a) Sed nobis sic non factum est.

36. Nos

y) *Verum patres nostri &c.*

z) Hoc est, *nullus fructus apparuit.* Ita Conradus Pellicanus: & interpres unus Germanicus, Belgicusque. Sed Jo. Assenburgius: die Frucht des Gesetzes ist nicht worden Gehorsam. Alius interpres Germanicus: die Frucht des Gesetzes ist nicht verdorben. Ac si legisset *periens.* Franciscus Junius: *fructus vero legis non periit.* Whistonus: *the fruit of thy law did not perish.* Arab. *fructus non cadet in terram.* Confer infra, v. 37.

a) Arab. *si plantata vel immissa perdantur, at illa quæ ea servare & curare studuerunt, integra manent,* ut terra, mare, vas.

36. Nos quidem qui legem accepimus, peccantes perivimus, & cor noſtrum quod ſuſcepit eam:

37. Nam lex non periit, ſed permanſit in ſuo labore. b)

38. Et cum loquerer hæc in corde meo, reſpexi oculis meis, & vidi mulierem in dextera parte, & ecce hæc lugebat, & plorabat cum voce magna, & animo dolebat valde, & veſtimenta ejus diſciſſa, & cinis ſuper caput ejus.

39. Et dimiſi cogitatus, in quibus eram cogitans, & converſus ſum ad eam, & dixi ei,

40. Ut quid fles? & quid doles animo? Et dixit ad me,

41. Dimitte me, Dominus meus, ut defleam me, & adjiciam dolorem, quoniam valde amaro ſum animo, & humiliata ſum valde.

42. Et dixi ei, Quid paſſa es? dic mihi. Et dixit ad me,

43. Sterilis fui ego famula tua & non peperi, habens maritum annis triginta.

44. Ego enim per ſingulas horas, & per ſingulos dies, & annos hos triginta deprecor Altiſſimum nocte ac die. c)

45. Et factum eſt, poſt triginta annos exaudivit me DEUS ancillam tuam, d) & vidit

b) Arab. *honore.*

c) addit Arab. *ut fructum ventris mihi largiretur.*

d) *ſuam.* id.

humilitatem meam, & attendit tribulationi meæ, & dedit mihi filium: & jucundata sum super eum valde ego, & vir meus, & omnes cives mei, & honorificabamus valde Fortem.

46. Et nutrivi eum cum labore multo.

47. Et factum est cum crevisset, & venisset accipere uxorem, feci diem epuli.

CAP. X.

1. Et factum est, cum introisset filius meus in thalamo suo, cecidit & mortuus est:

2. Et evertimus omnes lumina, e) & surrexerunt omnes cives mei f) ad consolandum me, & quievi usque in alium diem usque nocte.

3. Et factum est, cum omnes quievissent, ut me consolarentur ut quiescerem: g) & surrexi nocte, & fugi: & veni, sicut vides, in hoc campo:

4. Et cogito jam non reverti in civitatem, sed hic consistere: & neque manducare, neque bibere, sed sine intermissione lugere, & jejunare usque dum moriar.

5. Et dereliqui sermones in quibus eram, & respondi cum iracundia ad eam, & dixi,

6. Stulta super omnes mulieres, non vides luctum nostrum, & quæ nobis contingunt?

7. Quoniam Sion mater nostra omni tristitia

e) Arab. *& morte ejus lumen nostrum versum est in tenebras.*
f) *Vicini mei.* id.
g) Arab. *& tota luctu eram oppressa.*

tia conſtritatur, & humilitate humiliata eſt, & luget validiſſime.

8. Et nunc quoniam omnes lugemus, & triſtes ſumus: quoniam omnes contriſtati ſumus, tu autem contriſtaris in uno filio?

9. Interroga enim terram, & dicet tibi: quoniam hæc eſt, quæ debeat lugere caſum tantorum ſuper eam germinantium.

10. Et ex ipſa ab initio omnes nati & alii venient: & ecce, pene omnes in perditionem ambulant, & exterminium fit multitudo eorum. h)

11. Et quis ergo debet lugere magis, niſi hæc quæ tam magnam multitudinem perdidit, quam tu, quæ pro uno doles?

12. Si autem dicis mihi, quoniam non eſt planctus meus ſimilis terræ: quoniam fructum ventris mei perdidi, quem cum mœroribus peperi, & cum doloribus genui:

13. Terra autem ſecundum viam terræ, abiitque in ea multitudo præſens, quo modo venit: & ego tibi dico,

14. Sicut tu cum labore peperiſti, ſic & terra dat fructum ſuum homini ab initio ei qui fecit eam.

15. Nunc ergo retine apud temetipſam dolorem tuum, & fortiter fer qui tibi contigerunt caſus.

16. Si enim juſtificaveris terminum DEI,

h) Arab. *quia plerique eorum in vanitate.*

& consilium tuum recipies in tempore, i) & talibus collaudaberis;

17. Ingredere ergo in civitatem ad virum tuum. Et dixit ad me,

18. Non faciam, neque ingrediar civitatem, sed hic moriar.

19. Et appositi adhuc loqui ad eam, & dixi,

20. Noli facere hunc sermonem, sed consenti k) persuadenti. Quot enim casus Sion? consolare propter dolorem Jerusalem.

21. Vides enim quoniam sanctificatio nostra deserta effecta est, & altare nostrum demolitum est, & templum nostrum destructum est,

22. Et l) psalterium nostrum humiliatum est, & hymnus conticuit, & exultatio nostra dissoluta est, & lumen candelabri nostri extinctum est, & arca testamenti nostri direpta est, & sancta nostra contaminata sunt, & nomen quod invocatum est super nos, pene prophanatum est: & liberi nostri m) contumeliam passi sunt, & sacerdotes nostri succensi sunt, & Levitæ nostri in captivitatem abierunt, & virgines nostræ coinquinatæ sunt, & mulieres nostræ vim passæ sunt, & justi nostri rapti sunt, & parvuli

i) *Filium tuum recipies in tempore.* Arab.

k) Arab. *confirma cor tuum adversitatibus Sionis: & exemplum cape ex miseriis Jerusalem.*

l) Pro psalterio & hymno est in Arab. *Et lampades nostræ extinctæ sunt & abolitæ.*

m) *Libertatem nostram infregerunt.* Arab.

vuli noſtri perditi ſunt, & juvenes noſtri ſervierunt, & fortes noſtri n) invalidi facti ſunt:

23. Et quod omnium majus, ſignaculum Sion, o) quoniam reſignata eſt de gloria ſua. Nam & tradita eſt in manibus eorum qui nos oderunt.

24. Tu ergo excute tuam triſtitiam multam, & depone abs te multitudinem dolorum, ut tibi repropitietur Fortis, & requiem faciet tibi Altiſſimus requietionem laborum.

25. Et factum eſt, cum loquebar ad eam, facies ejus fulgebat ſubito & ſpecies, coruſcus fiebat viſus ejus, ut eſſem pavens valde ad eam, & cogitarem, quid eſſet hoc.

26. Et ecce, ſubito emiſit ſonitum vocis magnum timore plenum, ut commoveretur terra a mulieris ſono, & vidi:

27. Et ecce, amplius mulier non comparebat mihi, ſed civitas ædificabatur, & locus demonſtrabatur de fundamentis magnis: & timui, & clamavi voce magna, & dixi,

28. Ubi eſt Uriel angelus, qui a principio venit ad me? quoniam ipſe me fecit venire in multitudine p) in exceſſu mentis hujus, & factus eſt finis meus in corruptionem, & oratio mea in improperium.

29. Et cum eſſem loquens ego hæc, ecce venit ad me, q) & vidit me.

 30. Et

n) *Et ſpolium facti ſunt parvuli noſtri.* id.
o) *Signaculum Sion pedibus conculcatum eſt.* Arab.
p) *In locum hunc, in quo res hæc mira evenit.* Arab.
q) Arab. addit: *Angelus qui antea ad me venerat.*

30. Et ecce eram positus ut mortuus, & intellectus meus alienatus erat, & tenuit dexteram meam, & confortavit me, & statuit me super pedes meos, & dixit mihi,

31. Quid tibi est? & quare conturbatus est intellectus, & sensus cordis tui? & quare conturbaris? Et dixi,

32. Quoniam dereliquisti me, & ego quidem feci secundum sermones tuos, & exivi in campum: & ecce vidi, & video quod non possum enarrare. Et dixit ad me,

33. Sta ut vir, & commonebo te. r) Et dixi,

34. Loquere Domine meus tu in me, noli me derelinquere, ut non frustra moriar:

35. Quoniam vidi quæ non sciebam, s) & audio quæ non scio.

36. Aut numquid sensus meus fallitur, & anima mea somniat?

37. Nunc ergo deprecor te, ut demonstres servo tuo de excessu hoc. Et respondit ad me, & dixit,

38. Audi me & doceam te, & dicam tibi de quibus times: quoniam Altissimus revelabit tibi mysteria multa.

39. Vidit rectam viam tuam, quoniam sine intermissione contristabaris pro populo tuo, & valde lugebas propter Sion.

40. Hic

r) Arab. *& attende sensu tuo.*

s) *Vidi enim quæ nunquam ante videram: & audivi quæ nunquam audiveram in sensu meo, & anima mea ferre istud non potest.* id.

40. Hic ergo intellectus visionis t) quæ tibi apparuit ante paululum.

41. Quam vidisti lugentem, inchoasti consolari eam.

42. Nunc autem jam speciem mulieris non vides, sed apparuit tibi civitas ædificari:

43. Et quoniam enarrabat tibi de casu filii sui, hæc absolutio est. u)

44. Hæc mulier quam vidisti, hæc est Sion: & quoniam dixit tibi, quam & nunc conspicies, ut civitatem ædificatam.

45. Et quoniam dixit tibi, quia sterilis fuit triginta annis: propter quod erant anni scilicet triginta, x) quando non erat in ea adhuc oblatio oblata.

46. Et factum est post annos triginta, y) ædificavit Salomon civitatem, z) & obtulit oblationes: tunc fuit quando peperit sterilis filium.

47. Et quod tibi dixit, quoniam nutrivit eum cum labore, hoc erat, habitatio in Jerusalem. a)

48. Et quoniam dixit tibi, quod filius meus veniens in suo thalamo mortuus esset, & contigisset ei casus: hoc erat, quæ facta est ruina Jerusalem.

49. Et ecce vidisti similitudinem ejus: & quoniam filium lugeret, inchoasti consolari

t) Arab. *mulieris.*
u) Arab. *hæc descriptio ejus est.*
x) Arab. *anni termille.*
y) *Termille.* id.
z) Arab. addit: *& templum.*
a) *Excitatio* sive *ædificatio Jerusalem.* id.

lari eam: & de his quæ contigerunt, hæc erant tibi aperienda.

50. Et nunc videt Altissimus, quoniam ex animo contristatus es, & quoniam ex toto corde pateris pro ea, ostendit tibi claritatem gloriæ ejus, & pulcritudinem decoris ejus.

51. Propterea enim dixi tibi, ut maneres in campo, ubi domus non est ædificata.

52. Sciebam enim ego, b) quoniam Altissimus incipiebat tibi ostendere hæc:

53. Propterea dixi tibi, ut venires in agrum, ubi non est fundamentum ædificii.

54. Nec enim poterat opus ædificii hominis sustineri in loco, ubi incipiebatur Altissimi civitas ostendi. c)

55. Tu ergo noli timere, neque expaveſcat cor tuum: sed ingredere, & vide splendorem & magnitudinem ædificii, quantum capax est tibi visus oculorum videre:

56. Et post hæc audies quantum capit auditus aurium tuarum audire.

57. Tu enim beatus es præ multis, & vocatus es apud Altissimum sicut & pauci. d)

58. Nocte autem, quæ in crastinum futura est, manebis hic:

59. Et ostendet tibi Altissimus eas visiones supremorum, quæ faciet Altissimus his qui habitant super tuarum a novissimis diebus.

60. Et dormivi illam noctem, & aliam, sicut dixerat mihi.

CAP.

b) Arab. *sciebat enim Altissimus quod vellet tibi ostendere hæc.*
c) *Ubi Dominus volebat tibi ostendere res miras & civitatem.*
d) *Sicut parvuli infantes.* Arab.

CAP. XI.

1. Et e) vidi somnium, & ecce ascendebat de mari aquila, cui erant duodecim alæ pennarum, & capita tria.

2. Et vidi, & ecce expandebat alas suas in omnem terram, & omnes venti cœli insufflabant in eam, & colligebantur. f)

3. Et vidi, & de pennis ejus nascebantur contrariæ g) pennæ, & ipsæ fiebant in pennaculis minutis & modicis,

4. Nam capita ejus erant quiescentia, h) & dimidium caput i) erat majus aliorum capitum, sed ipsa quiescebat cum eis.

5. Et vidi, & ecce aquila volavit in pennis suis, & regnavit super terram, & super eos qui habitant in ea.

6. Et vidi, quoniam subjecta erant ei omnia sub cœlo, & nemo illi contradicebat, neque unus de creatura quæ est super terram.

7. Et vidi, & ecce surrexit aquila super ungues suos, & misit vocem pennis suis, dicens,

8. Nolite omnes simul vigilare, dormite unusquisque in loco suo, & per tempus vigilate.

9. Capita autem in novissimo serventur.

10. Et

e) Arab. addit: *in secunda nocte.*

f) addit Arab. *nubes cœli.*

g) Arab *parvæ.*

h) Arab. *silentia nec vocem edentia. Et caput medium majus cæteris capitibus omnibus, & similiter silens erat.*

i) *medium.* infra v. 28.

10. Et vidi, & ecce vox non exibat de capitibus ejus, ſed de medietate corporis ejus.

11. Et numeravi contrarias k) pennas ejus, & ecce ipſæ erant octo.

12. Et vidi, & ecce a dextera parte ſurrexit una penna, & regnavit ſuper omnem terram.

13. Et factum eſt cum regnaret, l) venit ei finis, & non apparuit locus ejus: & ſequens exſurrexit, & regnabat: ipſa multum tenuit m) tempus.

14. Et factum eſt cum regnaret, & veniebat finis ejus, ut non appareret, ſicut prior.

15. Et ecce, vox emiſſa eſt illi, dicens,

16. Audi tu, quæ tanto tempore tenuiſti terram, hæc annuncio tibi antequam incipias non apparere.

17. Nemo poſt te tenebit tempus tuum, ſed nec dimidium n) ejus.

18. Et levavit ſe tertia, & tenuit principatum ſicut & priores: & non apparuit & ipſa.

19. Et ſic contingebat omnibus aliis ſingulatim principatum gerere, & iterum nusquam comparere.

20. Et vidi, & ecce in tempore ſequentes pennæ erigebantur a dextera parte, ut tenerent & ipſæ principatum: & ex his erant quæ tenebant, ſed tamen ſtatim non comparebant.

21. Nam

k) *Breviores* Arab. pennacula v. 3. & 22. 23.
l) id. *cum venit in circulum*, hoc eſt, vertente anno.
m) Arab. *regnavit*.
n) Arab. *ſed dimidium ejus*.

21. Nam & aliquæ ex eis erigebantur, sed non tenebant principatum.

22. Et vidi post hæc, & ecce non comparuerunt duodecim pennæ & duo pennacula: o)

23. Et nihil supererat in corpore aquilæ, nisi duo capita quiescentia & sex pennacula. p)

24. Et vidi, & ecce de sex pennaculis divisæ sunt duæ, & manserunt sub capite, quod est ad dexteram partem. q) Nam quatuor manserunt in loco suo. r)

25. Et vidi & ecce subalares cogitabant se erigere & tenere principatum.

26. Et vidi & ecce una erecta est, sed statim non comparuit.

27. Et secundæ velocius, s) quam priores, non comparuerunt.

28. Et vidi & ecce duæ quæ superaverunt, apud semetipsas cogitabant t) & ipsæ regnare.

29. Et in eo cum cogitarent, ecce unum quiescentium capitum quod erat medium, evigilabat, hoc enim erat duorum capitum majus.

30. Et

o) *Duæ pennæ ex iis quæ ascenderant.* Arab.

p) addit Arab. *quæ provenerant & ex duodecim pennis ascenderant.*

q) *A dextro latere capitis recesserunt.* id.

r) Arab. *quatuor reliquæ parvæ superascenderunt. 25. Et cum ascendissent, tenuerunt principatus.*

s) *Æque velociter ac prior.* id.

t) Arab. *iratæ erant & evigilare cœperant.*

30. Et vidi quoniam completa sunt duo capita secum: u)

31. Et ecce conversum est caput cum his qui cum eo erant, & comedit duas subalares quæ cogitabant regnare.

32. Hoc autem caput perconterruit omnem terram, & dominabatur in ea his qui habitant terram cum labore multo, & potentatum tenuit orbis terrarum super omnes alas quæ fuerunt:

33. Et vidi post hæc, & ecce medium caput subito non comparuit, & hoc sicut alæ.

34. Superaverunt autem duo capita, quæ & ipsa similiter regnaverunt super terram, & super eos qui habitant in ea.

35. Et vidi, & ecce devoravit caput a dextera parte illud quod a læva.

36. Et audivi vocem dicentem mihi, Conspice contra te, & considera quod vides.

37. Et vidi, & ecce sicut leo concitatus de silva rugiens: & vidi quoniam emittebat vocem hominis ad aquilam. Et dixit, dicens,

38. Audi tu, & loquar ad te, & dicit Altissimus tibi,

39. Nonne tu es, qui superasti de quatuor animalibus, quæ feceram regnare in sæculo meo, x) & ut per eos veniret finis temporum eorum?

40. Et quartus y) veniens devicit omnia animalia

u) Arab. *cum loqueretur ad duo cætera capita, illa inclinabant.*

x) *Ab origine sæculi.* Arab.

y) Arab. *& quartus tu veniens vicisti &c.*

malia quæ tranſierunt, & potentatu tenuit ſæculum cum tremore multo, & omnem orbem cum labore peſſimo, & inhabitavit tot temporibus orbem terrarum cum dolo.

41. Et judicaſti terram non cum veritate.

42. Tribulaſti enim manſuetos, z) & læſiſti quieſcentes, a) & dilexiſti mendaces, & deſtruxiſti habitationes eorum b) qui fructificabant, & humiliaſti muros eorum qui te non nocuerunt.

43. Et aſcendit contumelia tua usque ad Altiſſimum, & ſuperbia tua ad Fortem.

44. Et reſpexit Altiſſimus ſuperba tempora, & ecce finita ſunt, & ſcelera ejus completa ſunt.

45. Propterea non appareas tu aquila, & alæ tuæ horribiles, & pennacula tua peſſima, & capita tua maligna, & ungues tui peſſimi, & omne corpus tuum vanum,

46. Uti refrigeretur omnis terra, & revertatur liberata de tua vi, c) & ſperet judicium & miſericordiam ejus qui fecit eam. d)

CAP.

z) addit Arab. *& prædam illos feciſti.*

a) Arab. *læſiſti bonos, & odiſti ambulantes in juſtitia.*

b) *propugnacula perfectorum.* id.

c) *Levetur tuo onere, & iniquitate tua liberetur.* Arab.

d) id. *& reſpiciam ad conſtituendum judicium, & miſericordiam qua erga eam uſus ſum.*

CAP. XII.

1. Et factum est dum loqueretur e) leo verba hæc ad aquilam: & vidi,

2. Et ecce quod superaverat caput, f) & non comparuerunt quatuor alæ illæ g) quæ ad eum transierunt, & erectæ sunt ut regnarent: & erat regnum eorum exile, & tumultu plenum.

3. Et vidi, & ecce ipsa non apparebant, & omne corpus aquilæ incendebatur, & expavescebat terra valde, & ego a tumultu & excessu mentis, & a magno timore vigilavi, & dixi spiritu meo,

4. Ecce tu præstitisti mihi hoc in eo, quod scrutaris h) vias Altissimi.

5. Ecce adhuc fatigatus sum animo, & spiritu meo invalidus sum valde, & nec modica in me est virtus, a multo timore, quem expavi nocte hac.

6. Nunc ergo orabo Altissimum, ut me confortet usque in finem.

7. Et dixi, Dominator Domine, si inveni gratiam ante oculos tuos, & si justificatus sum apud te præ multis, i) & si certe ascendit deprecatio mea ante faciem tuam,

8. Conferta me, & ostende servo tuo mihi inter-

e) Arab. *finisset.*
f) *Caput interiit.* id.
g) Arab. *parva pennacula:* duo nempe reliqua ex illis sex, de quibus supra XI. 24.
h) *Ut ego scrutarer.* Arab.
i) *Si honorasti me supra quam meritus sum, & me exaltasti valde, vires meas confirma.* Arab.

interpretationem, & distinctionem visus horribilis hujus, ut pleniſſime conſoleris animam meam.

9. Dignum enim me habuiſti k) oſtendere mihi temporum noviſſima. Et dixit ad me,

10. Hæc eſt interpretatio viſionis hujus.

11. Aquilam quam vidiſti aſcendentem de mari, hoc eſt regnum l) quod viſum eſt in viſione Danieli fratri tuo. m)

12. Sed non eſt illi interpretatum, quoniam n) ego nunc tibi interpretor.

13. Ecce dies veniunt, & exurget regnum ſuper terram, & erit timor acrior omnium regnorum quæ fuerunt ante eum.

14. Regnabunt autem in eo reges duodecim, unus poſt unum.

15. Nam ſecundus * incipiet regnare, & ipſe tenebit amplius tempus præ duodecim.

16. Hæc eſt interpretatio duodecim alarum quas vidiſti.

17. Et quam audiſti vocem quæ locuta eſt, non de capitibus ejus exeuntem, ſed de medio corporis ejus.

18. Hæc eſt interpretatio, quoniam poſt tempus regni illius naſcentur contentiones non

k) *Et dignum me habe, ut doceas me extrema temporum, & noviſſimas ætates explices.* id.

l) *Regnum quartum.* Arab.

m) addit Arab. *prophetæ.* Dan VII. 7.

n) *Sicut ego nunc tibi interpretor.* id.

* Auguſtus Imp.

modicæ, & periclitabitur ut cadat; Et non cadet tunc, sed iterum constituetur in suum initium.

19. Et quoniam vidisti subalares octo cohærentes alis b) ejus,

20. Hæc est interpretatio. Exsurgent in ipso octo reges, quorum erunt tempora levia, c) & anni citati, & duo quidem ex ipsis perient.

21. Appropinquante autem tempore medio quatuor servabuntur in tempore, cum incipiet appropinquare tempus ejus ut finiatur: duo vero in finem servabuntur.

22. Et quoniam vidisti tria capita quiescentia.

23. Hæc est interpretatio: in novissimis ejus suscitabit Altissimus tria regna, d) & revocabit in ea multa, & dominabuntur terram.

24. Et qui habitant in ea, cum labore multo e) super omnes qui fuerunt ante hos, propter hoc ipsi vocati sunt capita aquilæ.

25. Isti enim erunt, qui recapitulabant impietates ejus, & qui perficient novissima ejus.

26. Et quoniam vidisti caput majus non apparens, hæc est interpretatio ejus. Quoniam unus ex eis super lectum suum morietur, & tamen cum tormentis.

27. Nam duo qui perseveraverint, gladius eos comedet.

28. Unius

b) *Ascendentes de alis aquilæ.* Arab.
c) Arab. addit: *& tranquilla.*
d) Arab. *tres reges, & in eorum diebus multi motus ac tumultus, & affligent terram.*
e) *Injustitia & crudelitate,* id.

28. Unius enim f) gladius comedet qui cum eo: sed tamen hic gladio in noviſſimis cadet.

29. Et quoniam vidiſti duas ſubalares g) trajicientes ſuper caput, quod eſt in dextera parte,

30. Hæc eſt interpretatio. Hi ſunt quos conſervavit Altiſſimus in finem ſuum, h) hoc eſt regnum exile, & turbationis plenum. i)

31. Sicut vidiſti & leonem, quem vidiſti de ſilva evigilantem, & rugientem, & loquentem ad aquilam, & arguentem eam, & injuſtitias ipſius per omnes ſermones ejus ſicut audiſti,

32. Hic eſt unctus k) quem ſervavit Altiſſimus, in finem ad eos, & impietates ipſorum: l) & arguet illos, & incutiet coram ipſis diſcerptiones m) eorum.

33. Statuet enim eos in judicio vivos: & erit, cum arguerit eos, tunc corripiet eos. n)

f) Verſus 28. in Arab. deſideratur.

g) Arab. *duo pennacula ſurgentia ex dextra capitis parte.*

h) *Ab initio usque ad imum interitus. Et finis totus reſpondet initio, ut vidiſti.* id.

i) Verba: *hoc eſt regnum exile & turbationis plenum*, in Arab. deſiderantur.

k) In Arabico Manuſcripto notatur hoc eſſe vaticinium de Meſſia. Pro *unctis* al. edit. *ventus.* infra cap. 13.

l) addit Arab. *& ſurget ex ſemine Davidis.*

m) Al. *deſcriptiones.* Arab. *iniquitates illorum & oppreſſiones exprobrabit & ſtultitiam eorum reddet manifeſtam.*

n) *Tunc peribunt.* id.

34. Nam reſiduum populum meum liberabit cum miſeria, p) qui ſalvati ſunt ſuper fines meos, q) & jucundabit eos quoad usque veniet finis, dies judicii, de quo locutus ſum tibi ab initio.

35. Hoc ſomnium r) quod vidiſti, & hæ interpretationes.

36. Tu ergo ſolus dignus fuiſti ſcire Altiſſimi ſecretum hoc.

37. Scribe ergo omnia iſta in libro quæ vidiſti, & pone ea in loco abſcondito:

38 Et docebis ea ſapientes de populo tuo, quorum corda ſcis poſſe capere, & ſervare ſecreta hæc.

39. Tu autem adhuc ſuſtine hic alios dies ſeptem, ut tibi oſtendatur, quidquid viſum fuerit Altiſſimo oſtendere tibi.

40. Et profectus eſt a me. Et factum eſt, cum audiſſet omnis populus quoniam pertranſierunt ſeptem dies, & ego non fuiſſem reverſus in civitatem, & congregavit ſe omnis a minimo usque ad maximum: & venit ad me, & dixerunt mihi dicentes,

41. Quid peccavimus tibi, & quid injuſte egimus in te, quoniam derelinquens nos ſediſti in loco hoc?

42. Tu enim nobis ſuperes ſolus ex omnibus populis, s) ſicut botrus de vinea, & ſicut lucer-

p) Arab. *liberabitur per miſericordiam & condolentiam.*
q) *Super montem ſanctitatis meæ.* id.
r) *Viſio.* Arab.
s) Arab. *ex omnibus prophetis.*

lucerna in loco obscuro, & sicut portus & navis t) salvata a tempestate.

43. Aut non sufficiunt nobis mala quæ contingunt?

44. Si ergo tu nos dereliqueris, quanto nobis erat melius, si essemus succensi & nos cum incendio Sion?

45. Nec enim nos sumus meliores eorum qui ibi mortui sunt. Et ploraverunt voce magna. Et respondi ad eos, & dixi,

46. Confide Israël, & noli tristari tu domus Jacob.

47. Est enim memoria vestri coram Altissimo, & Fortis non est oblitus vestri in tentione. u)

48. Ego enim non dereliqui vos, x) neque excessi a vobis: sed veni in hunc locum, ut deprecarer pro desolatione Sion, ut quærerem y) misericordiam pro humilitate sanctificationis vestræ.

49. Et nunc ite unusquisque vestrum in domum suam, & ego veniam ad vos post dies istos. z)

50. Et profectus est populus, sicut dixi ei, a) in civitatem,

t) *Portus salvandæ navi.* id.
u) addit Arab. *sed pro vobis est victor & expugnator.*
x) *Nec ego vos derelinquam.* id.
y) Arab. *& inquirerem diligenter finem ejus, & afflictionis ejus ac templi.*
z) *Post dies certos.* id.
a) Arab. *ut rogavi eum.*

51. Ego autem sedi in campo septem diebus, sicut mihi mandavit: & manducabam de floribus solummodo agri, de herbis facta est esca mihi in diebus illis.

CAP. XIII.

1. Et factum est post dies septem, & somniavit somnium nocte.

2. Et ecce de mari ventus exsurgebat, ut conturbaret omnes fluctus ejus.

3. Et vidi, & ecce b) convalescebat ille homo cum millibus cœli: & ubi vultum suum vertebat, ut consideraret, tremebant omnia quæ sub eo videbantur:

4. Et ubicunque exibat vox de ore ejus, ardescebant c) omnes qui audiebant voces ejus, sicut liquescit cera, d) quando senserit ignem.

5. Et vidi post hæc, e) & ecce congregabatur multitudo hominum, quorum non erat numerus, de quatuor ventis cœli, ut debellarent hominem qui ascenderat de mari.

6. Et vidi, & ecce sibimetipsi sculpserat montem magnum & volavit super eum.

7. Ego autem quæsivi videre regionem, vel locum unde sculptus esset mons, & non potui.

8. Et

b) Arab *in medio mari ventus hic exsurgens instar viri, & videbam virum hunc cum cœli nubibus volantem.*

c) id. *movebantur & concutiebantur: & loca plura liquescebant præ voce oris ejus.*

d) Perperam in aliis editionibus: *quieſcit terra.*

e) addit Arab. *congregari post hæc quatuor ventos cœli.*

8. Et post hæc vidi, & ecce omnes qui congregati sunt ad eum, ut expugnarent eum, timebant valde, tamen audebant pugnare.

9. Et ecce, ut vidit impetum multitudinis venientis, non levavit manum suam, neque frameam tenebat, neque aliquod vas bellicosum: nisi solummodo ut vidi,

10. Quoniam f) emisit de ore suo sicut flatum ignis, & de labiis ejus spiritus flammæ, & de lingua ejus emittebat scintillas & tempestates, & commista sunt omnia simul, hic flatus ignis, & spiritus flammæ, & multitudo tempestatis:

11. Et concidit super multitudinem in impetu, quæ præparata erat pugnare, & succendit omnes, ut subito nihil videretur de innumerabili multitudine, nisi solummodo pulvis, & fumi odor: g) & vidi, & extimui.

12. Et post hæc vidi ipsum hominem, descendentem de monte, & vocantem ad se multitudinem aliam pacificam,

13. Et accedebat ad eum vultus hominum multorum quorundam gaudentium, quorundam tristantium: aliqui vero alligati, aliqui adducentes ex eis, qui offerebantur: h) & ægrotavi a multitudine pavoris, & expergefactus sum, & dixi,

f) addit Arab. *quando vocem edidit.*
g) *Ascendens*, addit Arab.
h) Arab. *quorum opera erant varia*, hoc est, bona partim, partim mala.

14. Tu ab initio demonstrasti servo tuo mirabilia hæc, & dignum me habuisti, ut susciperes deprecationem meam:

15. Et nunc demonstra mihi adhuc interpretationem somnii hujus.

16. Sicut enim existimo in sensu meo, væ qui derelicti fuerunt in diebus illis: & multo plus væ his, qui non sunt derelicti.

17. Qui enim non sunt derelicti, tristes erunt.

18. i) Intelligo nunc quæ sunt reposita in novissimis diebus, & occurrent eis, sed & his qui derelicti sunt.

19. Propter hoc venerunt enim in pericula magna, & necessitates multas, sicut ostendunt somnia hæc.

20. Attamen facilius est periclitantem venire in hunc, quam pertransire, sicut nubem a sæculo, & nunc videre quæ contingunt in novissimo. Et respondit ad me & dixit,

21. Et visionis interpretationem dicam tibi: & de quibus locutus es k) adaperiam tibi.

22. Quoniam de his dixisti, qui derelicti sunt; l) hæc est interpretatio,

23. Qui

i) Arab. 18. *quia non cognoscunt quæ futura sunt in novissimis diebus, quos non attingent. Illis autem* (relictis) *væ erit.* 19. *Quia videbunt tumultus magnos & calamitates, ut visio hæc indicat.* 20. *Pœna enim & afflictio erit instar nubis in hoc mundo, quam non possunt effugere qui sub ea sunt. Ita & futurum erit in extremis diebus.*

k) *Et significationem eorum quæ vidisti,* id.

l) addit Arab. *& qui non sunt relicti.*

23. Qui aufert m) periculum illo tempore, hic se custodivit, n) qui in periculo inciderunt, hi sunt qui habent opera & fidem ad Fortissimum.

24. Scito ergo quoniam magis beatificati sunt qui derelicti, super eos qui mortui sunt.

25. Hæ interpretationes visionis, quia vidisti virum ascendentem de corde maris,

26. Ipse est o) quem conservat Altissimus multis temporibus, qui per semetipsum liberabit creaturam suam: & ipse disponet, a) qui derelicti sunt.

27. Et quoniam vidisti de ore ejus exire, ut spiritum, & ignem, & tempestatem:

28. Et quoniam non tenebat frameam, b) neque vas bellicosum: corrupit enim impetus ejus multitudinem, quæ venerat expugnare eum. Hæc est interpretatio,

29. Ecce dies veniunt, quando incipiet Altissimus liberare eos, qui super terram sunt:

30. Et veniet in excessu mentis c) super eos qui inhabitant terram.

31. Et alii alios cogitabunt debellare: civitas civitatem, & locus locum, & gens adversus gentem, & regnum adversus regnum.

32. Et

m) Perfert.
n) Arab. *& se custodivit a lapsu in calamitatibus.*
o) In Arab. annotatum est, de Domino nostro ac Messia esse sermonem.
a) *Judicabit & sententiam feret.* Arab.
b) Gladium.
c) Arab. *& veniet stupor & excessus mentis super terram.*

32. Et erit, cum fient hæc, & contingent signa quæ ante ostendi tibi: & tunc revelabitur filius meus, quem vidisti, ut virum d) ascendentem.

33. Et erit quando audierint omnes gentes vocem ejus: & derelinquet unusquisque in regione sua e) bellum suum, quod habent ad alterutrum:

34. Et colligetur in unum multitudo innumerabilis, sicut volentes venire, & expugnare eum.

35. Ipse autem stabit super cacumen montis Sion.

36. Sion autem veniet, & ostendetur omnibus parata, & ædificata, sicut vidisti montem sculpi sine manibus.

37. Ipse autem filius meus arguet f) quæ adinvenerunt Gentes, impietates eorum has, quæ tempestati appropinquaverunt propter mala cogitamenta eorum, & cruciamenta quibus incipient cruciari:

38. Quæ assimilatæ sunt flammæ, & perdet eos sine labore, per legem g) quæ igni assimilata est.

39. Et quoniam vidisti eum h) colligentem ad se aliam multitudinem pacificam,

40. Hæ

d) Arab. addit: *ex medio mari.*
e) *Dicteria sua & bellum.* id.
f) Arab. *reprobabit gentes has propter impietatem & bona opera eorum.*
g) Legis non mentio in Arab.
h) *Vocantem & colligentem ad se.* Arab.

40. Hæ sunt decem i) tribus, quæ captivæ factæ sunt de terra sua in diebus Oseæ regis,* quem captivum duxit Salmanasar rex Assyriorum: k) & transtulit eos trans flumen, l) & translati sunt in terram aliam. m)

41. Ipsi autem sibi dederunt consilium hoc, ut derelinquerent multitudinem gentium, & proficiscerentur in ulteriorem regionem,† ubi nunquam inhabitavit genus humanum:

42. Vel ibi observare legitima sua, quæ non fuerant servantes in regione sua.

43. Per introitus autem angustos fluminis Euphratis introierunt.

44. Fecit enim eis tunc Altissimus signa, n) & statuit venas fluminis usque quo transirent.

45. Per eam enim regionem erat via multa itineris, anni unius & dimidii: nam regio illa vocatur o) Arsareth.

46. Tunc inhabitaverunt ibi usque in novissimo tempore: & nunc iterum cum cœperint venire, p)

47. Ite-

i) *Novem & dimidia.* id.

* 4 Reg. XVII.

k) *Asmouna fuit Rex Syriæ, & vocatus est Rex Mausal.* Arab.

l) *Trans mare.* id.

m) addit Arab. *ut ibi soli subsistant.*

† Americam, si placet Menassæ Israëlidi. Vide Rev. Wolfium nostrum Bibliothec. Hist. Hebr. T. I. p. 125. 783. & quæ notavi in Bibliograph. antiquaria p. 18. seq.

n) addit Arab. *fecit aquas præ illis fugere.*

o) Arab. *Acsarári Kararáwin.*

p) Arab. *& quando desideraverint transire.*

47. Iterum Altissimus statuet venas fluminis, q) ut possint transire: propter hæc vidisti multitudinem cum pace.

48. Sed & qui derelicti sunt de populo tuo, hi sunt qui inveniuntur intra terminum meum. r)

49. Factum erit ergo, quando incipiet perdere s) multitudinem earum, quæ collectæ sunt gentes, proteget t) eos qui superaverunt populum:

50. Et tunc ostendet u) eis multa plurima portenta.

51. Et dixi ego, Dominator Domine, hoc mihi ostende, propter quod vidi virum ascendentem de corde maris. Et dixit mihi:

52. Sicut non potes hæc vel scrutari, vel scire quæ sunt in profundo maris: sic non poterit quisque super terram videre filium meum, x) vel eos qui cum eo sunt, nisi in tempore diei.

53. Hæc est interpretatio somnii quod vidisti, & propter quod illuminatus es hic solus.

54. Dereliquisti enim tuam, y) & circa meam vacasti legem, & quæsisti. z)

55. Vi-

q) *Fontes aquarum oceani.* id.
r) Arab. *in monte sanctitatis meæ.*
s) id. *postquam perdidi.*
t) *Revertar & pugnabo pro populo meo.* Arab.
u) *Ostendam.* id.
x) Arab. *arcanum Filii mei, quoniam opera ejus mirabilia.*
y) Arab. *dereliquisti res tuas, & circa meas vacasti.*
z) *Et præceptis legis meæ es obscutus.* id.

55. Vitam enim tuam dispoſuiſti in ſapientia, & ſenſum tuum vocaſti matrem. a)

56. Et propter hoc oſtendi tibi b) merces apud Altiſſimum, erit enim poſt alios tres dies, ad te alia loquar, & exponam tibi gravia & mirabilia.

57. Et profectus ſum, & tranſii in campum, c) multum glorificans & laudans Altiſſimum de mirabilibus quæ per tempus faciebat:

58. Et quoniam gubernat ipſum, d) & quæ ſunt in temporibus illata, & ſedi ibi tribus diebus.

CAP. XIV.

1. Et factum eſt tertio die, e) & ego ſedebam ſub quercu. f)

2. Et ecce, vox exivit contra me de rubo, & dixit: Esdra, Esdra. Et dixi: Ecce ego Domine. Et ſurrexi g) ſuper pedes meos. Et dixit ad me:

3. Revelans revelatus ſum ſuper rubum,* & locutus ſum Moyſi, quando populus meus ſerviebat in Ægypto,

4. Et

a) Arab. *Elegiſti doctrinam, & cognitionem ad te invitaſti.*
b) addit Arab. *hæc omnia: neque enim perit.*
c) addit Arab. *in quo herbæ.*
d) *Diſpoſuit tempora & præterita, & illa quæ futura ſunt.* id.
e) Arab. *die quarto.*
f) *Sub arbore.* id.
g) Arab. addit: *attonitus.*
* Exod. III.

4. Et misi eum, & eduxi h) populum meum de Ægypto, & adduxi eum i) super montem Sina, & detinebam k) eum apud me diebus multis:

5. Et enarravi ei mirabilia multa, & ostendi ei temporum secreta & finem: & præcepi ei, l) dicens:

6. Hæc in palam facies verba, & hæc abscondes.

7. Et nunc tibi dico:

8. Signa quæ demonstravi, & somnia quæ vidisti, & interpretationes quas tu vidisti, in corde tuo repone ea:

9. Tu enim recipieris ab omnibus, n) converteris residuus cum consilio meo & cum similibus tuis, usque quo finiantur tempora.

10. Quoniam sæculum perdidit juventutem suam, & tempora appropinquant senescere,

11. Duodecim enim partibus o) divisum est sæculum, & transierunt ejus decima,* & dimidium decimæ partis:

12. Supersunt autem ejus post medium decimæ partis.

13. Nunc

h) Arab. *ut educeret.*

i) addit Arab. *e deserto.*

k) *Nubibus obtegebam.* id. Exod. XIX. 16.

l) *Præcepta dedi ei.* Arab.

n) Arab. *transfereris ex hominibus, & conversaberis cum Filio meo.*

o) Pro integro commate 11. & 12. in Arabico tantum leguntur hæc: *major annorum pars præteriit, admodum pauci supersunt.*

* Novem.

13. Nunc ergo dispone domum tuam, p) & corripe populum tuum, & consolare humiles eorum, q) & renuntia jam corruptelæ,
14. Et dimitte abs te mortales cogitationes, & projice abs te pondera humana, & exue te jam infirmam naturam, & repone in unam partem molestissima tibi cogitamenta, & festina transmigrare a temporibus his:
15. Quæ enim vidisti r) nunc contigisse mala, iterum horum deteriora facient:
16. Quantum enim invalidum fiet sæculum a senectute; tantum multiplicabuntur super inhabitantes mala. s)
17. Prolongavit enim se magis veritas, & appropinquavit mendacium, jam enim festinat venire, quam vidisti visionem. t)
18. Et respondi, & dixi coram te Domine:
19. Ecce enim ego abibo, sicut præcepisti mihi, & corripiam u) præsentem populum. Qui autem iterum nati fuerint, quis commonebit?
20. Positum est ergo sæculum in tenebris, & qui inhabitant in eo, sine lumine.
21. Quo-

p) *Moneto & instruito liberos tuos.* Arab.
q) Arab. addit: *& dociles doce.*
r) *Omnia enim plena vanitatis, & deteriora his etiam sequentur.* id.
s) Arab. *inhabitantium vitia.*
t) Arab. *visionem aquilæ*, supra cap. XI.
u) *Docebo.* Arab.

21. Quoniam lex tua incensa est, x) propter quod nemo scit quæ a te facta sunt, vel quæ incipient opera.

22. Si enim inveni in te gratiam, immitte in me Spiritum Sanctum, & scribam omne quod factum est in sæculo ab initio, quæ erant in lege tua scripta, y) ut possint homines invenire semitam: & qui voluerint vivere in novissimis, vivant.

23. Et respondit ad me, & dixit: Vadens congrega populum, & dices ad eos, ut non quærant te diebus quadraginta.

24. Tu autem præpara tibi buxos multos, z) & accipe tecum Saream, Dabriam, Salemiam, Echanum, & Asiel, a) quinque hos qui parati sunt ad scribendum velociter.

25. Et venias huc, & ego accendam in corde tuo lucernam intellectus, quæ non extinguetur, quoadusque finiantur quæ incipis scribere.

26. Et tunc perfectis quædam palam facies, b) quædam sapientibus absconse trades. In crastinum enim hac hora incipies scribere.

27. Et

x) Lacerata lex Habac. I. 4. conscissa scalpello scribæ & projecta in ignem. Jerem. XXXVI. 23.

y) De traditione veteri hoc loco nixa, quæ legem ac libros sacros ab Esdra restitutos jactat, dixi in Codice pseudepigrapho Vet. Test. pag. 1156. seq.

z) Arab. *tabulas multas ad scribendum.*

a) Arab. *Saran, Dirin, Limiyan, Pharan & Asiel.*

b) Arab. *quædam dignis palam facies, cætera secreta servabis.*

27. Et profectus sum, sicut mihi præcepit, & congregavi omnem populum, & dixi,

28. Audi Israël verba hæc,

29. Peregrinati sunt patres nostri ab initio in Ægypto, & liberati sunt inde:

30. Et acceperunt legem vitæ, quam non custodierunt, quam & vos post eos transgressi estis:

31. Et data est vobis terra in sortem, & terra Sion, c) & patres vestri, & vos iniquitatem fecistis, & non servastis vias, quas præcepit vobis Altissimus:

32. Et justus judex cum sit, abstulit a vobis d) in tempore quod donaverat.

33. Et nunc vos hic estis, & fratres vestri introrsum e) vestrum sunt.

34. Si ergo imperaveritis sensui vestro, f) & erudieritis cor vestrum, vivi conservati eritis, & post mortem misericordiam consequemini.

35. Judicium enim post mortem veniet, quando iterum reviviscemus g) & tunc justorum nomina parebunt, h) & impiorum facta ostendentur.

36. Ad me igitur nemo accedat nunc, neque requirat me usque dies quadraginta.

c) In Arab. desunt verba: *& terra Sion.*
d) Arab. *abstulit vobis tempora benevolentiæ & gratiæ.*
e) *Inter vos.* id.
f) Arab. *si amatis libertatem vestram.*
g) *In futuro sæculo.* id.
h) *Tunc justus apparebit in justitia.* Arab.

37. Et accepi quinque viros, * sicut mandavit mihi, & profecti sumus in campum, & mansimus ibi.

38. Et factus sum in crastinum, & ecce vox vocavit me, dicens: Esdra, aperi os tuum, & bibe quo te potavero.

39. Et aperui os meum, & ecce calix plenus porrigebatur mihi. Hoc erat plenum sicut aqua: color autem ejus ut ignis similis.

40. Et accepi & tibi: & in eo cum bibissem, cor meum cruciabatur intellectu, & in pectus meum increscebat sapientia. Nam spiritus meus conservabatur memoria.

41. Et apertum est os meum, & non est clausum amplius.

42. Altissimus dedit intellectum quinque viris, & scripserunt i) quæ dicebantur excessiones noctis, quas non sciebant.

43. Nocte autem manducabant panem, ego autem per diem loquebar, & per noctem non tacebam.

44. Scripti sunt autem per quadraginta dies libri ducenti quatuor. k)

45. Et

* Quorum nomina, v. 24.

i) Arab. *ut scriberent quæ essem dicturus ad eos, secundum ordinem signorum de rebus in vicem succedentibus, quas illi nesciebant. Et fui illic per dies quadraginta, & illi per hos dies scripserunt.*

k) Arab. *quatuor & nonaginta.* Adde si placet quæ notavi in Codice Pseudepigrapho Veteris Testam. pag. 1154.

45. Et factum est cum compleviſſent quadraginta dies, locutus est Altiſſimus, dicens: Priora l) quæ ſcripſiſti, in palam pone, & legant digni & indigni.

46. Noviſſimos autem ſeptuaginta conſervabis, ut tradas eos ſapientibus de populo tuo.

47. In enim est vena intellectus, & ſapientiæ fons, & ſcientiæ flumen. Et feci ſic. m)

Præſenti loco deſinit Arabica verſio, hanc habens clauſulam.

Et vixi ſeptuaginta ſex annos: poſt annum a creatione mundi quinquies milleſimum vigeſimum quintum die duodecima tertii menſis, Eſra translatus eſt ſuſceptusque in regionem viventium ipſi conſimilium. Hic ſcripſit omnia iſta, & vocatus eſt Autor Legis & intelligentiæ & cognitionis Altiſſimi, cui ſit gloria & potentia in æternum, Amen.

Finitus eſt liber primus Eſra ſcribæ Legis, quem ſecundus inſequetur. Gratiæ in æternum perſolvantur datori intelligentiæ. Finitus eſt ſecunda die (hebdomadis) *quæ eſt dies decima ſeptima menſis Barmahat* (Martii) *anno ſanctorum martyrum milleſimo quinquageſimo primo* (Chriſti 1299.) *O Domine miſerere peccatoris qui hunc librum tranſcripſit, & cæterorum filiorum baptiſmi, Amen.*

l) Arab. addit: *volumina viginti quatuor.*
m) Verba, *& feci ſic*, in Arab. non exſtant.

CAP. XV.

1. Ecce loquere n) in aures plebis meæ sermones prophetiæ, quos immisero in os tuum, dicit Dominus:

2. Et fac ut in charta scribantur, quoniam fideles & veri sunt.

3. Ne timeas a cogitationibus adversum te, nec turbent te incredulitates dicentium.

4. Quoniam omnis incredulus in incredulitate sua morietur.

5. Ecce ego induco, dicit Dominus, super orbem terrarum mala, gladium, & famem, & mortem, & interitum:

6. Propter quod superpolluit iniquitas omnem terram, & adimpleta sunt opera nociva illorum.

7. Propterea dicit Dominus,

8. Jam non filebo de impietatibus eorum, quæ irreligiose agunt, nec sustinebo in his quæ inique exercent, ecce sanguis innoxius & justus clamat ad me, & animæ justorum clamant perseveranter.

9. Vindicans vindicabo illos, dicit Dominus, * & accipiam omnem sanguinem innoxium ex illis ad me.

10. Ecce

n) Non est credibile quod Francisco Junio visum est, capitibus his duobus postremis summatim exponi, quæ libris CXXXVI arcanis continebantur.

* Apocal. VI. 10.

10 Ecce populus meus quasi grex ac occisionem ducitur, ** jam non patiar illum habitare in terra Ægypti:

11. Sed educam eum in manu potenti, & brachio excelso, & percutiam plaga sicut prius, & corrumpam omnem terram ejus.

12. Lugebit Ægyptus, & fundamenta ejus plaga verberata, & castigatione, quas inducet ei DEUS.

13. Lugebunt cultores operantes terram, quoniam deficient semina eorum ab uredine, & grandine, & a sidere terribili.

14. Væ sæculo & qui habitant in eo:

15. Quia appropinquavit gladius, & contritio eorum, & exsurget gens contra gentem ad pugnam, & rhomphæa in manibus eorum.

16. Erit enim inconstabilitio hominibus, & alii aliis invalescentes non curabunt regem suum, & principes viæ gestorum suorum in potentia sua.

17. Concupiscet enim homo in civitatem ire, & non poterit.

18. Propter superbiam enim eorum civitates turbabuntur, domus exterentur, homines metuent.

19. Non miserebitur homo proximum suum: ad irritum faciendum domos eorum in gladium, ad diripiendas substantias eorum propter famem panis & tribulationem multam.

 20. Ecce,

** Jerem. XLIV.

20. Ecce, ego convoco, dicit DEUS, omnes reges terræ ad me verendum, qui sunt ab Oriente, & ab Austro, ab Euro & a Libano, ad convertendos in se, & reddere quæ dederunt illis:

21. Sicut faciunt usque hodie electis meis, sic faciam & reddam in sinu eorum. Hæc dicit Dominus DEUS.

22. Non parcet dextera mea super peccatores, nec cessabit rhomphæa super effundentes sanguinem innoxium super terram.

23. Exiit ignis ab ira ejus & devoravit fundamenta terræ, & peccatores quasi stramen incensum.

24. Væ eis qui peccant, & non observant mandata mea, dicit Dominus.

25. Non parcam illis. Discedite filii a potestate. Nolite contaminare sanctificationem meam,

26. Quoniam novit Dominus omnes qui delinquunt in illum; propterea tradidit eos in mortem, & in occisionem.

27. Jam enim venerunt super orbem terrarum mala, & manebitis in illis. Non enim liberabit vos DEUS, propter quod peccastis in eum.

28. Ecce visio horribilis, & facies illius ab Oriente.

29. Et exient nationes draconum * Arabum in curribus multis, & sicut flatus, eorum nume-

* Deserta colentium. Es. XIII. 21.

numerus fertur super terram, ut jam timeant & trepident omnes qui illos audient.

30. Carmonii* insanientes in ira, & exient ut apri de silva, & advenient in virtute magna, & constabunt in pugnam cum illis, & vastabunt portionem terræ Assyriorum.

31. Et post hæc supervalescent dracones nativitatis suæ memores, & convertent se conspirantes in virtute magna ad persequendos eos.

32. Isti turbabuntur & silebunt in virtute illorum, & convertent pedes suos in fugam,

33. Et a territorio Assyriorum subsessor obsidebit eos, & consumet unum ex illis, & erit timor & tremor in exercitu illorum, & contentio in reges ipsorum.

34. Ecce nubes ab oriente, & a septentrione usque ad meridianum, & facies earum horrida valde, plena iræ & procellæ,

35. Et collident se invicem, & collident sidus copiosum super terram, & sidus illorum, & erit sanguis a gladio usque ad ventrem,

36. Et fimus hominis usque ad substramen cameli, & erit timor & tremor multus super terram,

37. Et horrebunt, qui videbunt iram illam, & tremor apprehendet illos: & post hæc movebunt nimbi copiosi.

38. A meridiano & septentrione, & portio alia ab occidente:

39. Et superinvalescent venti ab oriente,

* Carmanii.

& recludent eam, & nubem quam ſuſcitavi in ira, & ſidus ad faciendam exterritationem ad orientalem ventum & occidentem violabitur:

40. Et exaltabuntur nubes magnæ & validæ plenæ iræ, & ſidus, ut extereant omnem terram, & inhabitantes eam, & infundent ſuper omnem locum altum & eminentem ſidus terribile,

41. Ignem & grandinem & rhomphæas volantes, & aquas multas, ut etiam impleantur omnes campi, & omnes rivi plenitudine aquarum multarum.

42. Et demolientur civitates, & muros, & montes, & colles, & ligna ſilvarum, & fœnum pratorum, & frumenta eorum.

43. Et tranſibunt conſtantes usque Babylonem, & exterent eam:

44. Convenient ad ipſam, & circumibunt eam, & effundent ſidus, & omnem iram ſuper eam, & ſubibit pulvis & fumus usque in cœlum, & omnes in circuitu lugebunt eam:

45. Et qui ſub ea remanſerint, ſervient his, qui exteruerunt.

46. Et tu Aſia concors in ſpem Babylonis, & gloria perſonæ ejus,

47. Væ tibi miſera propter quod aſſimilaſti ei, & ornaſti filias tuas in fornicatione, ad placendum & gloriandum in amatoribus tuis, qui tecum cupierunt ſemper fornicari.

48. Odibilem imitata es in omnibus operibus

bus ejus, & in adinventionibus ejus: propterea dicit DEUS,

49. Immittam tibi mala, viduitatem, paupertatem, & famem, & gladium, & peſtem ad devaſtandas domos tuas a violatione, & morte, & gloria virtutis tuæ.

50. Sicut flos ſiccabitur, cum exſurget ardor qui emiſſus eſt ſuper te,

51. Infirmaberis ut paupercula plagata & caſtigata a mulieribus, ut non poſſint te ſuſcipere potentes & amatores.

52. Numquid ego ſic zelabor te, dicit Dominus,

53. Niſi occidiſſes electos meos in omni tempore, exaltans percuſſionem manuum, & dicens ſuper mortem eorum, cum inebriata eſſes,

54. Exorna ſpeciem vultus tui?

55. Merces fornicationis tuæ in ſinu tuo, propter hoc redditionem accipies.

56. Sicut facies electis meis, dicit Dominus, ſic faciet tibi DEUS, & tradet te in malum.

57. Et nati tui fame interient: & tu rhomphæa cades, & civitates tuæ conterentur, & omnes tui in campo gladio cadent.

58. Et qui ſunt in montibus fame peribunt, & manducabunt carnes ſuas, & ſanguinem bibent a fame panis & ſiti aquæ.

59. Infelix per maria venies, & rurſum accipies mala.

60. Et in tranſitu allident civitatem occiſam, & ex-

& exterent aliquam portionem terræ tuæ, & partem gloriæ tuæ exterminabunt, rursum revertentes ad Babylonem subversam.

61. Et demolita eris illis pro stipula, & ipsi erunt tibi ignis:

62. Et devorabunt te, & civitates tuas, terram tuam & montes tuos, omnes silvas tuas & lignum fructiferum igni comburent.

63. Filios tuos captivos ducent, & censum tuum in prædam habebunt, & gloriam faciei tuæ exterminabunt.

CAP. XVI.

1. Væ tibi Babylon & Asia, væ tibi Ægypte & Syria.

2. Præcingite vos saccis & ciliciis, & plangite filios vestros, & dolete: quoniam appropinquavit contritio vestra.

3. Immissus est vobis gladius, & quis est qui avertat illum?

4. Immissus est in vobis ignis, & quis est qui extinguat illum?

5. Immissa sunt vobis mala, & quis est qui repellat ea?

6. Numquid repellet aliquis leonem esurientem in silva, aut extinguet ignem in stipula, mox quando cœperit ardere?

7. Numquid repellet aliquis sagittam a sagittario forti missam?

8. Dominus fortis immittit mala, & quis est qui repellat ea?

9. Exiit

9. Exiit ignis ex iracundia ejus, & quis est qui extinguat eum?

10. Coruscabit, & quis non timebit? Tonabit, & quis non pavebit?

11. Dominus comminabitur, & quis non funditus conteretur a facie ipsius?

12. Terra tremuit & fundamenta ejus, mare fluctuat de profundo, & fluctus ejus disturbabuntur, & pisces ejus a facie Domini, & a gloria virtutis ejus:

13. Quoniam fortis dextera ejus quæ arcum tendit: sagittæ ejus acutæ quæ ab ipso mittuntur, non deficient, cum cœperint mitti in fines terræ.

14. Ecce mittuntur mala, & non revertentur donec veniant super terram.

15. Ignis succenditur, & non extinguetur, donec consumat fundamenta terræ.

16. Quemadmodum non redit sagitta missa a valido sagittario, sic non revertentur mala quæ missa fuerint in terram.

17. Væ mihi, væ mihi: quis me liberabit in illis diebus?

18. Initium dolorum & multi gemitus, initium famis & multi interitus, initium bellorum & formidabunt potestates, initium malorum & trepidabunt omnes.

19. In his quid faciam cum venerint mala?

20. Ecce fames & plaga, & tribulatio, & angustia missa sunt flagella in emendatione,

21. Et in his omnibus se non convertent ab ini-

ab iniquitatibus ſuis, neque flagellorum memores erunt ſemper.

22. Ecce, erit annonæ vilitas ſuper terram, ſic ut putent ſibi eſſe directam pacem, & tunc germinabunt mala ſuper terram, gladius, fames, & magna confuſio.

23. A fame enim plurimi qui inhabitant terram interient, & gladius perdet cæteros qui ſuperaverint a fame,

24. Et mortui ſicut ſtercora projicientur, & non erit qui conſoletur eos. Derelinquetur enim terra deſerta, & civitates ejus dejicientur.

25. Non derelinquetur qui colat terram, & qui ſeminet eam,

26. Ligna dabunt fructus, & quis vindemiabit illa?

27. Uva matura fiet, & quis calcabit illam? erit enim locis magna deſertio.

28. Cupiet enim homo hominem videre, vel vocem ejus audire.

29. Relinquentur enim de civitate decem, & duo de agro, qui abſconderit ſe in denſis nemoribus, & ſciſſuris petrarum:

30. Quemadmodum derelinquetur in oliveto, & ſingulis arboribus tres aut quatuor olivæ.

31. Aut ſicut in vinea vindemiata racemi relinquuntur ab his, qui diligenter vineam ſcrutantur:

32. Sic relinquentur in diebus illis tres aut quatuor

quatuor ab ſcrutantibus domos eorum in rhomphæa.

33. Et relinquetur terra deſerta, & agri ejus inveterabunt, & viæ ejus, & omnes ſemitæ ejus germinabunt ſpinas, eo quod non tranſient homines per eam.

34. Lugebunt virgines non habentes ſponſos, lugebunt mulieres non habentes viros, lugebunt filiæ earum non habentes adjutorium:

35. Sponſi earum in bello conſumentur, & viri earum in fame exterentur.

36. Audite vero iſta, & cognoſcite ea ſervi Domini.

37. Ecce verbum Domini, excipite illud: ne diis credatis de quibus dicit Dominus.

38. Ecce appropinquant mala & non tardant.

39. Quemadmodum prægnans cum parit in nono menſe filium ſuum, appropinquante hora partus ejus, ante horas duas vel tres, dolores circumeunt ventrem ejus, & prodeunte infante de ventre, non tardabunt uno puncto:

40. Sic non morabuntur mala ad prodeundum ſuper terram, & ſæculum gemet, & dolores circumtenebunt illud.

41. Audite verbum, plebs mea: parate vos in pugnam, & in malis ſic eſtote, quaſi advenæ terræ.

42. Qui vendit, quaſi qui fugiat: & qui emit, quaſi qui perditurus.

43. Qui mercatur, quaſi qui fructum non capiat: & qui ædificat, quaſi non habitaturus.

44. Qui

44. Qui seminat, quasi qui non metet: sic & qui vineam putat, quasi non vindemiaturus.

45. Qui nubunt, sic quasi filios non facturi: & qui non nubunt, sic quasi vidui.

46. Propter quod qui laborant, sine causa laborant:

47. Fructus enim illorum alienigenæ metent, & substantiam illorum rapient, & domos evertent, & filios eorum captivabunt, quia in captivitate & fame generant natos suos.

48. Et qui negotiantur in rapina, quantum diu exornant civitates & domos suas, & possessiones & personas suas.

49. Tanto magis adzelabor eos super peccata sua, dicit Dominus:

50. Quomodo zelatur fornicaria mulierem idoneam & bonam valde,

51. Sic zelabitur justitia iniquitatem quum exornat se & accusat eam in facie, cum venerit * qui defendat exquirentem omne peccatum super terram.

52. Propterea nolite similari ei, nec operibus ejus:

53. Quoniam adhuc pusillum, & tolletur iniquitas a terra, & justitia regnabit in vos.

54. Non dicat peccator se non peccasse, quoniam carbones ignis ** comburet super caput ejus, qui dicit: Non peccavi coram Domino DEO & gloria ipsius.

55. Ecce

* Messias.

** Rom. XII. 20.

55. Ecce Dominus cognoscit omnia opera hominum, & adinventiones illorum, & cogitationes illorum, † & corda illorum.

56. Dixit enim, ** Fiat terra, & facta est: fiat cœlum, & factum est.

57. Et in verbo illius stellæ fundatæ sunt, †† & novit numerum stellarum.

58. Qui scrutatur abyssum, & thesauros illarum: qui mensus est mare & conceptum ejus.

59. Qui concluſit mare in medio aquarum, & suspendit terram super aquas verbo suo.

60. Qui extendit cœlum quasi cameram, super aquas fundavit eum.

61. Qui posuit in deserto fontes aquarum, & super verticem montium lacus ad emittendum flumina ab eminenti petra, ut potaret terram.

62. Qui finxit hominem, & posuit cor suum in medio corporis, & misit ei spiritum, vitam & intellectum,

63. Et spiramen DEI omnipotentis, qui fecit omnia, & scrutinat omnia absconsa in absconsis terræ.

64. Hic novit adinventionem vestram, & quæ cogitatis in cordibus vestris, peccantes & volentes occultare peccata vestra.

65. Propter quod Dominus scrutinando scrutinavit omnia opera vestra, & traducet vos omnes,

66. Et

† Luc. XVI. 15. ** Genes. I.
†† Ps. CLXVII. 4.

66. Et vos confusi eritis cum processerint peccata vestra coram hominibus, & iniquitates erunt, quæ accusatores stabunt in die illo.

67. Quid facietis? aut quomodo abscondetis peccata vestra coram DEO & angelis ejus?

68. Ecce judex DEUS, timete eum. Desinite a peccatis vestris, & obliviscamini iniquitates vestras jam agere eas in sempiterno, & DEUS educet vos, & liberabit de omni tribulatione.

69. Ecce enim incenditur ardor super vos turbæ copiosæ, & rapient quosdam ex vobis, & cibabunt idolis occisos:

70. Et qui consenserint eis, erunt illis in derisum, & in improperium, & in conculcationem.

71. Erit enim locis locus, & in vicinas civitates exsurrectio multa super timentes Dominum.

72. Erunt quasi insani nemini parcentes, ad diripiendum & devastandum adhuc timentes Dominum.

73. Quia devastabunt, & diripient substantias, & de domibus suis eos ejicient.

74. Tunc parebit probatio electorum meorum, ut aurum quod probatur ab igne.

75. Audite dilecti mei, dicit Dominus: Ecce adsunt dies tribulationis, & de his liberabo vos.

76. Ne timeatis, nec hæsitetis, quoniam DEUS dux vester est.

77. Et

77. Et qui ſervat mandata & præcepta mea, dicit Dominus DEUS, ne præponderent vos peccata veſtra, ne ſuperelevent ſe iniquitates veſtræ.

78. Væ qui conſtringuntur a peccatis ſuis, & obteguntur ab iniquitatibus ſuis, quemadmodum ager * conſtringitur a ſilva, & ſpinis tegitur ſemita ejus, per quam non tranſit homo, & excluditur, & mittitur ad devorationem ignis.

* 2 Sam. XXIII. 6.

FINIS.

ESDRÆ APOCALYPSIS.

In Codice Bibl. Seguierianæ sive Coislinianæ, cujus meminit celeberrimus Vir, Bernhardus de Montfaucon pag. 194. post τὰ ἔξω βιβλία sive extra Canonem libros, *Sapientiam Salomonis*, *Sapientiam Sirach*, *quatuor Maccabaica*, *Esther*, *Judith*, *Tobith*, numerantur Apocryphi Vet. Testam. libri sic: καὶ ὅσα ἀπόκρυφα.

α, Αδάμ.
β, Ενὼχ.
γ, Λάμεχ.
δ, Πατριάρχαι.
ε, Προσευχὴ Ιωσήφ.
ς, Ελδὰδ καὶ Μοδάδ.
ζ, Διαθήκη Μωσέως.
η, *Deesi.*
θ, Ψαλμοὶ Σολομῶντος.
ι, Ηλίου ἀποκάλυψις.
ια, Ἡσαΐου ὅρασις.
ιβ, Σοφονίου ἀποκάλυψις.
ιγ, Ζαχαρίου ἀποκάλυψις.
ιδ, Ἔσδρα ἀποκάλυψις.

HISTO-

HISTORIA
JOSEPHI,
FABRI LIGNARII.

EX

ARABICO CODICE MANUSCRIPTO
BIBLIOTHECÆ REGIÆ PARISIENSIS
LATINE VERSA

A

V. C.

GEORGIO WALLINO,
SVECO.

GEORGIUS WALLINUS

Præfat. ad Apocrypham hanc hiſtoriam, Arabice & Latine cum notis primum editam Lipſiæ 1722. 4.

Codex unde eam deſumſimus, inter Arabicos eſt CCCCXXXII. *quinque complectens diverſos tractatus.* 1. *Diſputationem Monachi & celebris Philoſophi cum Viziro quodam Africano.* 2. *Dicta Patrum de doctrina Chriſtiana, imprimis Joannis Chryſoſtomi.* 3. *Miracula XII. Virginis Mariæ in loco quodam (forſan Ægypti) dicto Banhal Aſali.* 4. *Hiſtoria Joſephi.* 5. *Preces & hymnos.*

Si interiora reſpicimus, res, dogmata & ſcribendi modum, tantum non omnia cum antiquis potius quam hodiernis Orientalium moribus doctrinaque convenire videntur - - ſtilus per omnia humilis eſt & ſimpliciſſimus, a floſculis & metaphoris, ut plurimum longe petitis, recentiorum Arabum procul remotus, idem fere cum eo quo conſcriptum eſt Pſeudevangelium Infantiæ Chriſti - - Arabice primitus conſcriptum eſſe vix putamus. Ita conjiciendi primam nobis anſam dedit ſermonis Arabici impuritas, nævis & ſolœciſmis quam ſæpiſſime ſcatet, quam non tam auctori, ſuæ

suæ utique linguæ ejusque genii gnaro, quam translatori potius minus accurato tribuendam, forte non immerito, censemus. Accedit judicium Henrici Sike, credentis Evangelium etiam Infantiæ ex Græca, Syriaca vel alia quacunque Orientalium lingua in Arabicum idioma translatum esse. Si reliquos libros Apocryphos hic nominare velimus, lingua Hebræa illorum non pauci scripti feruntur, v. g. Evangelium Nicodemi, Evangelium juxta Hebræos quod perperam a multis, Papiæ secutis auctoritatem, confunditur cum genuino S. Matthæi Evangelio. Item Historia Apostolica Abdiæ &c. Et quid multis te moramur, Lector Benevole? Paucis omnia accipe: Historia Josephi fabri lignarii lingua Hebræa contexta est, cujus versionem Latinam A. 1340. factam legit olim Isidorus de Isolanis.

Acta Sanctorum T. 3. Martii 19. p. 7.

Kalendaria Coptica ad XX diem Julii, festum Josephi referunt: & in eo quidem quod apud Seldenum est, libro de Synedriis Hebræorum, ad calcem, expressum additur Fabri Lignarii. *Testatur autem Isidorus de Isolanis, ex Ordine S. Dominico ante annos 140. (*) scriptor, in Summa de donis S. Josephi parte 4. cap. 9.*

(*) Ad Hadrianum VI. Anno 1523. In iisdem Actis Sanctorum, mentio Legendæ antiquæ de S. Josepho, quæ Manuscripta Ultrajecti in Ecclesia S. Salvatoris.

De

Orientis Catholicos consuevisse eum diem ingenti cum veneratione agere, suisque in Ecclesiis quandam S. Josephi vitam legere, cujus de Hebræo in Latinum A. 1340. *translatæ nactus exemplar, illius epitomen tradit*, multis omissis, quæ ab sanctæ Romanæ Ecclesiæ cultoribus, cujus deficere nequit veritas, Christo conservante, minime reciperentur. *In hac autem Christus ipse, cui in monte Oliveti ad discipulos loquenti tota illa de Josepho narratio tribuitur, sic concludere fingitur:* Et posuerunt corpus Joseph patris mei in sepulchro juxta corpus patris sui Jacob. Mortuus est autem die XX Julii. (*Confer infra cap.* XXIX.)

De Josepho hoc Græci Dominica post Nativitatem JESU, Latini 19 Mart. E recentioribus Tillemontius Tom. I. memoriar. Eccles. Baronius & alii Annalium scriptores & Historiæ interpretes Evangelicæ: & singularibus libris Carolus Stengelius & Jacobus Reiff. atque Italice Antonius Maria Affaitati: Gallice Steph. Binetus, Paulus Barry. Philippus de Uliesberghe des Champs, & Carolus a S. Paulo Fevillantes &c. Hispanice Josephus de Valdivieffo presbyter Toletanus poëmate divifo in libros XXIV. de quo eruditissimus Vir M. V. la Croze Epist. ad Clarissimum Wallinum, ubi Apocrypham hanc historiam fœtum Christiani alicujus Nestoriani Orientalis esse suspicatur.

IN

IN NOMINE DEI UNIUS IN SUA ESSENTIA, ET TRINI IN SUIS PERSONIS.

Historia mortis Patris nostri, sancti, senis JOSEPHI, Fabri lignarii.

Benedictiones ejus & preces servent nos omnes, o fratres, Amen.

Fuit tota ipsius vita centum & undecim annorum, contigitque migratio ejus ex hoc mundo, vicesimo sexto (die) *mensis Abib, qui respondet mensi Ab.* * *Oratio ejus servet nos. Amen. Et quidem Dominus noster* JESUS CHRISTUS *ille ipse* (fuit,) *qui retulit hanc* (historiam) *discipulis suis mundis in monte Oliveti, atque omnem laborem ejus* (Josephi) *& dierum ipsius consummationem. Apostoli autem sancti conservarunt hunc sermonem, & literis consignatum reliquerunt in Bibliotheca Hierosolymis. Oratio eorum servet nos. Amen.*

CAPUT I.

Contigit una die, cum Servator, Magister, DEUS & Salvator noster JESUS CHRISTUS sederet una cum suis discipulis, congregatique in monte Oliveti omnes essent, ut diceret illis: O fratres & amici mei, filii Patris, qui vos elegit de omnibus hominibus. Scitis me

* Julio & Augusto nostro respondet.

vobis sæpius retulisse, quod oporteat me crucifigi & mori propter salutem Adami & posteritatis ejus, & quod surgam de mortuis. Committam autem vobis doctrinam Evangelii sancti, (*vobisque antea*) nuntiati, ut prædicetis illud per omnem mundum. Et induam vos virtute de alto, a) ac implebo vos Spiritu Sancto. Annuntiabitis vero cunctis gentibus pœnitentiam & remissionem peccatorum. Nam scyphus aquæ b) unicus, si eum invenerit homo in sæculo futuro, præstantior (*est*) & major cunctis divitiis hujus totius mundi. Et locus, (*quantum occupare potest*) pes unus, in domo Patris mei, major (*est*) & excellentior omnibus opibus terræ. Immo hora unica in læto piorum habitaculo felicior (*est*) & magis pretiosa mille annis inter peccatores. Quippe fletus eorum & planctus non desinet, & lacrimæ eorum non cessabunt, neque invenient sibi solatium vel quietem ullo unquam tempore. Et nunc, o membra mea honoranda, ite, prædicate omnibus gentibus, nuntiate & dicite illis: Utique Servator diligenter inquirit in hæreditatem debitam, & (*est*) administrator justitiæ. Et illi (*Angeli*) profligabunt (*inimicos,*) & pugnabunt pro illis in die conflictus. Atque ille (*DEUS*) examinabit unum quodque verbum, quod loquuntur homines ineptum & otiosum, c) (&) reddent de eo rationem. Quemadmodum enim

a) Luc. XXIV. 49. b) Luc. XVI. 24. Matth. X. 42.
c) Matth. XII. 36.

enim nemo a morte excludetur, sic unius cujusque etiam opera patebunt die judicii, sive bona fuerint sive mala. d) (*Nuntiate*) quoque hoc verbum, quod dixi vobis hodie: Ne glorietur fortis de fortitudine sua, nec dives de suis divitiis, e) sed qui gloriari vult, glorietur in Domino.

CAPUT II.

Fuit vir, cui nomen Josephus, gente oriundus Bethlehemitica, de urbe Juda & civitate Davidis regis. Hic ipse doctrina & scientiis probe instructus, Sacerdos factus est in templo Domini. Calluit præterea artem fabrilem lignariam, &, more cunctorum hominum, uxorem duxit. Genuit quoque sibi filios filiasque, quatuor (*nimirum*) filios, atque duas filias. Hæc vero sunt eorum nomina: Judas, Justus, Jacobus & Simon. Nomina duarum filiarum (*erant*) Assia & Lydia. Tandem morte decessit uxor Josephi justi, gloriæ divinæ intenta in omnibus suis operibus. At Josephus, vir iste justus, pater meus secundum carnem, (&) sponsus Mariæ matris meæ, abivit una cum suis filiis ad professionem suam, artem exercendo fabri lignarii.

CAPUT III.

Cum vero viduus factus fuit Josephus Justus, jam impleverat Maria mater mea benedicta, sancta, (&) pura duodecim annos. Quippe parentes ipsius obtulerunt eam in templo tres annos natam, mansitque illa in templo Domini novem

d) Eccles. XII. 14.
e) 1 Cor. I. 31. & 2 Cor. X. 17. ex Jerem. IX. 3.

novem annos. Tunc, ut viderunt sacerdotes virginem sanctam, (&) timentem Dominum adolescere, se invicem allocuti sunt, dicentes: Quæramus virum justum, (&) pium, cui committatur Maria usque ad tempus nuptiarum; ne manenti in templo accidat, quod accidere solet mulieribus, eoque nomine peccemus, & succenseat nobis DEUS.

CAPUT IV.

Proinde, statim emissis (*nuntiis,*) convocarunt duodecim senes de tribu Juda. Et scripserunt nomina duodecim tribuum Israëlis. Cecidit autem sors super senem pium, Josephum justum. Tunc respondentes, dixerunt sacerdotes matri meæ benedictæ: Ito cum Josepho, & esto apud illum usque ad tempus nuptiarum. Accepit ergo Josephus justus matrem meam, eamque abduxit in domum suam. Et invenit (*Maria*) Jacobum minorem in domo patris sui fractum animo atque mœstum propter orbitatem (*matris,*) & educavit illum. Hinc appellata est Maria mater Jacobi. Deinde relinquens eam Josephus in domo sua, abivit ad officinam, ubi exercetur ars fabrilis lignaria. Postquam vero exegerat sancta virgo in domo ejus biennium, facta est præcise ætas ejus quatuordecim annorum, incluso simul tempore, quo eam recepit (*Josephus.*)

CAPUT V.

Dilexi (*autem illam peculiari quodam*) voluntatis motu, cum beneplacito Patris mei, & con-

& consilio Spiritus Sancti. Et incarnatus sui de illa, mysterio creaturarum rationis captum superante. Sed, elapsis a conceptione tribus mensibus, rediit vir justus (*Josephus*) de loco, ubi artem suam exercuit. Atque, ubi deprehendit virginem matrem meam gravidam, mente conturbatus, cogitavit eam clanculum dimittere. Præ timore etiam, tristitia & pectoris sui angustia, nec edere nec bibere illo die sustinuit.

CAPUT VI.

Sub medio autem die apparuit ipsi angelorum princeps sanctus Gabriel in somnio, mandato instructus Patris mei. Et dixit illi: Josephe fili David, ne timeas accipere Mariam sponsam tuam. Quippe concepit de Spiritu Sancto, & pariet filium, cujus nomen appellabitur JESUS. Hic ille (*est,*) qui gubernabit omnes gentes sceptro ferreo. (*Hæc prælocutus*) discessit ab eo angelus. Surrexit vero Josephus de somno suo, & fecit quemadmodum ipsi dixerat angelus Domini. Et permansit Maria apud illum.

CAPUT VII.

Interjecto deinde tempore, prodiit mandatum ab Augusto Cæsare (&) Rege, ut describeretur universus orbis habitabilis, quisque mortalium in sua civitate. Surgens itaque senex justus Josephus, accepit (*secum*) Mariam virginem. Et venerunt Bethlehemum, quia instabat partus ejus. Inscripsit autem (*Josephus*) nomen

nomen ſuum catalogo. Nam Joſephus filius David, cujus ſponſa (*erat*) Maria, fuit de tribu Juda. Et quidem Maria mater mea peperit me Bethlehemi, in ſpelunca proxima ſepulcro Rachel, uxoris Jacobi Patriarchæ, quæ (*fuit*) mater Joſephi & Benjamin.

CAPUT VIII.

Sed Satanas ivit, retulitque (*hoc*) Herodi Magno, patri Archelai. Idemque hic Herodes (*erat,*) qui capite truncari juſſit Joannem, amicum & cognatum meum. Proinde me diligenter perquiſivit, exiſtimans regnum meum fore de hoc mundo. Verum admonitus fuit (*hac de re*) Joſephus, ſenex ille pius, per ſomnium. Ideo ſurgens, accepit Mariam matrem meam, & ego in ipſius ſinu (*recubui.*) Comitem etiam itineris ipſis ſe præbuit Salome. Profectus ergo domo, in Ægyptum ſeceſſit. Permanſitque ibi ſpatium unius integri anni, donec tranſiit invidia Herodis.

CAPUT IX.

Obiit vero (*Herodes*) peſſimo mortis genere, pœnam luens effuſi puerorum ſanguinis, quos e medio inique ſuſtulit, cum ipſis non ineſſet peccatum. Atque, extincto tyranno iſto impio Herode, reverſi ſunt (*cum JESU parentes*) in terram Iſraëlis. Et habitarunt in urbe Galilææ, quæ appellatur Nazareth. Joſephus autem profeſſionem artis lignariæ repetens, manuum ſuarum opere vitam ſuſtinuit. Neque

que enim alieno labore victum gratis quærebat unquam, quemadmodum (*olim*) præceperat lex Mosis. a)

CAPUT X.

Tandem, increscentibus annis, provectæ ætatis senex evasit. Nulla tamen corporis laboravit infirmitate, nec defecit visus, neque ullus de ore ejus dens periit. Mente quoque, toto (*ætatis*) tempore, nunquam deliravit. Sed similis puero, juvenilem semper in negotiis suis vigorem præstitit. Et membra ejus integra (*permanserunt,*) omniaque dolore vacua. Tota autem ejus vita centum constabat & undecim annis, producta quam diutissime ipsius senecta.

CAPUT XI.

Justus vero & Simeon seniores Josephi filii, ductis uxoribus, in familias suas abiverunt. Ambæ pariter nupserunt filiæ, & in alias secesserunt ædes. At remanebant in domo Josephi Juda & Jacobus minor, nec non mater mea virgo. Ego insuper una cum illis (*ibidem*) permansi, haut aliter ac si unus fuissem de filiis ejus. Transegi autem omnem ætatem meam sine culpa. Mariam appellavi matrem meam, & Josephum patrem, atque in omnibus, quæ dixerunt, morem ipsis gessi. Neque repugnavi illis unquam, sed obtemperavi eis, ut facere solent reliqui, quos terra producit, homines. Nec iram illis concitavi ullo die, aut verbum aliquod

a) Deut, XV. 4.

quod seu responsum (*duriusculum*) ipsis opposui. E contrario, ingenti eos prosecutus sum amore, ceu pupillam oculi.

CAPUT XII.

Contigit post hæc, ut adpropinquaret mors senis illius pii, Josephi, ipsiusque de hoc mundo exitus, more reliquorum hominum, qui huic sæculo ortum debent. Atque, nutante ad interitum corpore ejus, indicavit ipsi angelus Domini jam instare mortis horam. Proinde eum timor, & ingens animi perturbatio invasit. Surgens autem, abivit Hierosolymam. Et ingressus templum Domini, effusisque ibi coram Sanctuario precibus, dixit:

CAPUT XIII.

O! DEUS, (*qui*) auctor (*es*) omnis solatii, DEUS omnis misericordiæ, & Dominus universi humani generis, DEUS, (*inquam*) animæ, spiritus & corporis mei Supplex Te veneror, o! Domine & DEUS mi. Si jam consummati sunt dies mei, tempusque adest, quo hæc mihi exuenda est mortalitas, mittas (*quæso mihi*) Michaëlem, summum angelorum tuorum sanctorum principem. Maneat*que* mecum donec egredietur anima mea misera ex ærumnoso hoc corpore, (*ut fiat illud*) sine molestia, sine terrore & impatientia. Etenim ingens timor, & tristitia vehemens omnia occupat corpora in die mortis eorum; sive mas sit, sive fœmina, sive bestia, sive fera, quidquid vel humi

mi reptat, vel in aëre volitat. In summa, creaturæ omnes, quæ (*sunt*) sub cœlo, quibus*que* inest vitalis spiritus, horrore concutiuntur, metu magno & lassitudine ingenti, discedentibus de corporibus suis, illarum animabus. Nunc igitur, o Domine, & DEUS mi, adsit auxilio suo angelus tuus sanctus animæ meæ & corpori, donec a se invicem dissolventur. Neque facies angeli, mihi ad custodiam inde a formationis meæ die designati, aversa sit a me. Verum præbeat se mihi itineris socium, usque dum me ad Te perduxerit. Sit, (*inquam*) vultus ejus mihi amœnus & hilaris, & comitetur me in pace. Ne autem permittas, ut (*dæmones*) adspectu formidabiles accedant ad me in via, qua iturus sum, donec ad Te feliciter perveniam. Neque sinas, ut ostiarii animam meam ingressu (*Paradisi*) prohibeant. Neque, detegendo delicta, me probro exponas coram tribunali Tuo terribili. Neque irruant in me leones. Neque prius submergant animam meam fluctus maris ignei, (hoc *enim* omnis pertransire * debet anima,) quam gloriam Divinitatis Tuæ conspexero. O DEUS, justissime judex, qui in justitia & æquitate mortales judicabis, & retribues unicuique secundum opera ejus; o Domine, (*quæso*) & DEUS mi, adesto mihi misericordia Tua, & viam meam illumina, (*ut perveniam*) ad Te. Tu (*enim*) es fons omnibus abundans bonis & gloria in æternum. Amen.

* Infra cap. 26. pag. 331.

CAPUT XIV.

Factum deinde est, cum domum suam in urbe Nazareth rediit, ut morbo correptus, lecto teneretur. Atque hoc erat illud tempus, quo debitum, omnibus injunctum hominibus, naturæ persolvit. Graviter autem hoc morbo laborabat, neque, ut in præsentia, ægrotaverat unquam a nativitatis suæ ortu. Et ita certe res Josephi justi disponere Christo placuit. Quadraginta (*vixit*) annos, ante initum matrimonium. Manet (*deinde*) uxor sub tutela ejus quadraginta & novem annos, iisque elapsis, vitam clausit. Uno autem post mortem ejus anno, commissa ipsi (*Josepho*) fuit mater mea beata, Maria a sacerdotibus, ut eam custodiret usque ad tempus nuptiarum. Biennium illa in domo ejus consumsit (*nulla re memorabile.*) At tertio commorationis ejus anno apud Josephum, suæ vero ætatis decimo quinto, peperit me super terram mysterio, quod nec penetrare nec capere potest ulla creatura, nisi ego, Paterque meus & Spiritus Sanctus, unam mecum constituens essentiam.

CAPUT XV.

Tota itaque ætas patris mei, senis illius justi, centum confecit & undecim annos, ita decernente Patre meo (*cælesti.*) Et dies, quo defecit anima corpus ejus, erat vigesimus sextus mensis Abib. Cœpit enim jam aurum exquisitum splendorem perdere, & argentum usu deteri,

teri intellectum innuo & scientiam ejus. Cibum quoque fastidivit & potum, atque cessavit peritia artis fabrilis lignariæ, neque ejus ullam amplius rationem habuit. Contigit igitur prima luce vigesimi sexti diei (*mensis*) Abib, ut inquieta redderetur anima senis Josephi justi (*decumbentis*) in lecto suo. Quare aperuit os suum, suspiria edens, manusque suas adversus invicem collisit. Et alta voce exclamavit, in hunc modum dicens:

CAPUT XVI.

Væ diei, quo natus sum in mundum. Væ utero, qui gestavit me, (&) væ visceribus, quæ admiserunt me. Væ uberibus, quæ lactaverunt me Væ pedibus, super quos sedens quievi. Væ manibus, quæ portarunt, & educarunt me usque dum adolevi. Quippe in iniquitate conceptus sum, * & in peccatis concupivit me mater mea. Væ linguæ & labiis meis, quæ protulerunt & locuta sunt vanitatem, obtrectationem, mendacium, insciticm, irrisionem, figmentum, versutiam, & hypocrisin. Væ oculis meis, quæ conspexerunt scandalum. Væ auribus meis, quæ calumniatorum sermonibus delectabantur. Væ manibus meis, quæ rapuere ad se non jure pertinentia. Væ ventri meo & intestinis, quæ appetivere escam ipsis esu interdictam. Væ gutturi meo, instar ignis, omnia, quæcunque inveniebat, consumenti. Væ pedibus meis,

* Psalm LI. 7.

qui sæpius DEO ingratas ambularunt vias. Væ corpori, & væ animæ meæ tristi, jam a DEO auctore suo aversæ. Quid faciam, cum ad locum illum perrexero, ubi consistendum mihi est coram justissimo judice, & ille me reprehensurus est, propter opera, quæ cumulavi in juventute mea? Væ omni homini morienti in peccatis suis. Profecto, eadem illa hora terribilis, quæ contigit patri meo Jacobo, cum evolaret ex corpore anima ejus, ecce! mihi jam imminet. O quam ego miser hodie sum & lamentatione dignus! Verum solus DEUS est director animæ & corporis mei, ille etiam pro lubitu cum illis aget.

CAPUT XVII.

Hæc sunt, quæ locutus est Josephus, senex ille justus. Ego autem ingressus apud illum, deprehendi animam ejus vehementer commotam, erat enim in magna angustia constitutus. Et dixi illi: Salve mi pater Josephe, vir juste; qui vales? Ille vero respondit mihi: plurimum salve, o filiole mi dilecte. Equidem dolor metusque mortis jam circumdedere me; sed, statim ac audivi vocem tuam, requievit anima mea. O! JEsu Nazarene, JEsu sulpitator mi, JEsu liberator animæ meæ, JEsu protector mi. JEsu, o! suavissimum nomen in ore meo, omniumque amantium illud Ocule, qui vides, & auris, quæ audis, exaudi me. Ego servus tuus hodie humillime te veneror, & coram te lacrimas meas effundo. Tu es omnino

DEUS

DEUS meus, tu es Dominus meus, quemadmodum mihi sæpissime retulit angelus. Præcipue autem eo die, quo fluctuavit animus meus cogitationibus perversis ob puram (&) benedictum Mariam in utero gestantem, quamque ego secreto dimittere cogitabam. Hæc vero mihi meditanti ecce! apparuere per quietem angeli Domini miro mysterio, dicentes mihi:* O Josephe fili David, ne timeas accipere Mariam sponsam tuam, neque contristeris, neque verba indecora loquaris de conceptione ejus. Quia gravida est de Spiritu Sancto, & pariet filium, cujus nomen vocabitur JEsus, ille enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Ne autem ob hanc causam mihi male cupias, o Domine, ignoravi enim mysterium nativitatis tuæ. Recordor etiam, mi Domine, diei istius, quum morsu serpentis** puer iste necabatur. Voluerunt autem propinqui ejus tradere te Herodi, dicentes te interfeciisse illum. Sed resuscitatum a mortuis eum illis reddidisti. Tunc ego accedens, & prehensa manu tua, dixi: Mi fili, cave tibi. At tu respondisti mihi: Nonne tu es pater meus secundum carnem? Docebo te, quis ego sum. Nunc igitur, o Domine & DEUS mi, ne mihi succenseas vel condemnes me propter illam horam. Ego sum servus tuus & filius ancillæ tuæ. Tu vero es Dominus meus, DEUS & Servator meus, Filius DEI certissime.

* Matth. I. 20.

** Evangel. Infantiæ cap. 42. pag. 203. Cod. Apocryph. Novi Testam.

CAPUT XVIII.

Hæc ubi dixerat pater meus Josephus, flere amplius non potuit. Et conspexi mortem jam ipsi dominantem. Surgens autem mater mea, virgo illibata, & accedens ad me dixit: O mi fili dilecte, jam jam moritur hic pius senex, Josephus. Et respondi ego: O mater mea amantissima, utique omnibus creaturis, quæ in hoc mundo generantur, eadem incumbit moriendi necessitas, mors enim in universum genus humanum jus obtinet. Tibi etiam, o mater mea virgo, idem, ac reliquis mortalibus, vitæ exitus expectandus est. Attamen mors tua, ut & mors senis hujus pii mors non est, sed vita perennis in æternum. Quin oportet etiam me emori qua corpus, quod à te suscepi. Verum surge, o mater mea veneranda, ito & ingredere ad Josephum senem benedictum, ut videas quid, ascendente (*de corpore anima*) ejus, continget.

CAPUT XIX.

Ibat igitur Maria mater mea pura, & ingrediebatur locum, ubi erat Josephus. Atque ego ad pedes ejus sedebam, illum respiciens. Signa vero mortis jam apparuere in vultu ejus. At senex ille benedictus, levato capite, & defixis oculis faciem meam intuebatur. Nulla tamen me alloquendi ipsi vis inerat, ob mortis, qui eum circumseptum tenuit, dolorem: locus saltim præaltis dabatur suspiriis. Ego autem

manus

manus ejus per unius integræ horæ ſpatium tenui. Et, converſa illa ad me facie, indicabat, ne ipſum deſererem. Impoſita deinceps pectori ejus manu mea, deprehendi animam ejus, jam faucibus vicinam, abitum parare de ſuo receptaculo.

CAPUT XX.

Ut autem conſpexit me mater mea virgo tangentem corpus ejus, tetigit & illa pedes. Atque inveniens illos jam emortuos, & calore deſtitutos, dixit mihi: O fili mi dilecte, profecto incipiunt jam pedes ejus frigeſcere, & nivis algorem imitantur. Proinde convocatis filiis & filiabus ejus, dixit eis: Venite quotquot eſtis, & accedite ad patrem veſtrum, certe enim ad extrema nunc perventum eſt. Reſpondit Aſia filia ejus (*Joſephi,*) dicens: Væ mihi, o fratres mei, utique hic idem eſt morbus, qui (*fuit*) matris meæ dilectæ. Ejulabat autem & lacrimabatur, ſimul plorantibus reliquis omnibus Joſephi liberis. Ego etiam & Maria mater mea una cum illis flevimus.

CAPUT XXI.

At convertens ego ad meridianam plagam oculos, vidi mortem jam adventantem, totamque cum illa gehennam, exercitu ſuo & ſatellitibus ſtipatam. Et veſtimenta, vultus & ora illoram fundebant ignes. Hæc ubi conſpexit pater meus Joſephus recta ad ſe pergere, in lacrimas oculi ejus ſoluti ſunt. Eodemque

tempore mirum in modum ingemuit. Proinde visa suspiriorum ejus vehentia, mortem repuli, ac totum, quod ipsam comitabatur, famulorum agmen. Atque invocavi Patrem meum bonum, dicens:

CAPUT XXII.

O Pater omnis clementiæ: ocule qui vides, & auris, quæ audis. Exaudias, (*quæso*) supplicationem, ac preces meas pro sene Josepho. Et mittas Michaëlem angelorum tuorum principem, atque Gabrielem præconem lucis, omnemque angelorum tuorum lucem. Et (*totus*) eorum ordo ambulet cum anima patris mei Josephi, donec perduxerint eam ad Te. Hæc est hora, qua opus habet pater meus misericordia. Ego autem dico vobis, quod omnes sancti, immo quotquot in mundo nascuntur, homines, sive justi sint, sive perversi, necessario gustare debeant mortem.

CAPUT XXIII.

Venerunt itaq; Michaël & Gabriel ad animam patris mei Josephi. Et acceptam, eam involverunt involucro lucido. Sic commisit spiritum in manus Patris mei boni, & (*hic*) impertivit ipsi pacem. Nondum autem ullus ex liberis eum obdormivisse scivit. At angeli conservarunt animam ejus a dæmonibus tenebrarum, qui erant in via. Et laudaverunt DEUM, usque dum eam perducerent ad habitaculum piorum.

CA-

CAPUT XXIV.

Corpus vero ejus prostratum jacuit, & exsangue. Quare, admota oculis ejus manu, eos composui, ipsiusque os clausi, atque Mariæ virgini dixi: O mater mea, ubi est ars ejus, quam professus est toto isto tempore, quo in hoc mundo (*vixit?*) Ecce periit jam illa, (*factaque est*) quasi numquam extitisset. (*Hæc*) ubi audiverunt liberi ejus me loquentem cum matre mea, virgine pura, cognoverunt eum jam exspirasse, admixtisque lacrimis, ejularunt. Dixi autem illis: Utique mors patris vestri, mors non est, sed vita sempiterna. Etenim liberatus ærumnis hujus sæculi, ad requiem transiit perpetuam, (&) æternum duraturam. Hisce auditis, scidcrunt vestes suas, flentes.

CAPUT XXV.

Et quidem incolæ (*urbis*) Nazareth, & (*totius*) Galilææ, cognito ipsorum planctu, ad eos confluxere. Et fleverunt ab hora tertia usque ad nonam. Hora autem nona omnes ad cubiculum ejus (*Josephi*) simul abiverunt. Atque sustulerunt corpus ejus, postquam illud unguentis sublimibus imbuerant. Ego vero precabar Patrem meum oratione cœlestium. Hæc eadem illa (*est,*) quam manu mea prius exaravi, quam utero portarer Mariæ virginis, matris meæ. Simul autem ac eam absolvi, & enuntiavi Amen, ingens angelorum multitudo accessit. Duobusque ex illis mandavi,

ut vestem expanderent lucidam, eaque corpus senis benedicti Josephi obvolverent.

CAPUT XXVI.

Et affatus Josephum dixi: Non dominabitur in te odor mortis vel fœtor, neque prodibit vermis de corpore tuo unquam. Non frangetur de eo membrum vel unicum, neque ullus mutabitur in capite tuo pilus: neque peribit quidquam de corpore tuo, o mi pater Josephe. Sed manebit integrum & incorruptum usque ad convivium mille annorum. Et quisquis mortalium curam habuerit oblationis die recordationis tuæ, ipsi ego benedicam, & retribuam in congregatione virginum. Et quicunque cibum dederit miseris, pauperibus, viduis & orphanis de labore manuum suarum, die, quo tua celebratur memoria, (*& quidem*) in nomine tuo, non (*ille*) destituetur bonis, omnibus vitæ suæ diebus. Quisquis etiam scyphum aquæ vel vini bibendum præbuerit viduæ aut orphano in nomine tuo, dabo tibi illum, ut ingrediaris cum illo ad convivium mille annorum. Omnisque homo, cui curæ erit oblatio die commemorationis tuæ, ipsi benedicam, & remunerationem præstabo in ecclesia virginum. Reddam, (*inquam*) ipsi pro uno triginta, sexaginta, & centum. Et quicunque historiam vitæ tuæ descripserit, laboris tui, & migrationis de hoc mundo, sermonemque (*hunc*) ore meo prolatum, illum tuæ tutelæ committam,

tam, dum in hac vita versabitur. Discedente autem de corpore anima ejus, & ubi hic ipsi mundus deserendus est, librum delictorum ejus comburam, nec ullo eum torquebo supplicio in die judicii. Sed trajiciet mare igneum,* atque sine molestia & dolore illud pertransibit. Hoc (*est,*) quod incumbit omni homini egeno, qui præstare nequit quidquam ex iis, quæ commemoravi: Nimirum, si nascitur ipsi filius, vocabit nomen ejus Josephum. Sic locum non habebit in illa domo vel penuria, vel repentina aliqua mors in sempiternum.

CAPUT XXVII.

Convenerunt deinceps optimates urbis in locum, ubi positum erat corpus senis benedicti Josephi. Et afferentes secum amicula feralia, voluerunt illud (*eum*) involvere juxta consuetudinem, qua componere solent (*cadavera*) Judæi. Sed deprehenderunt eum sindonem suam (*quasi adstrictam*) tenere, ita enim illa corpori ejus adhæsit, ut cupientibus eam exuere, inventa sit, instar ferri, immobilis & indissolubilis. Neque ullas in sindone illa reperire potuerunt extremitates, quæ res maximam ipsis admirationem injecit. Tandem extulerunt eum ad locum, ubi sita erat spelunca, & aperuerunt januam, ut conderent corpus ejus inter corpora patrum ejus. Tunc mihi in mentem veniebat dies, qua mecum ambulavit in Ægyptum,

* Supra cap. 13. pag. 321.

ptum, summaque illa molestia, quam mea causa sustinuit. Proinde (*mortem*) ejus multo tempore deflevi, &, reclinans me super corpus ejus, dixi:

CAPUT XXVIII.

O! mors, quam omnem scientiam tu reddis evanidam, tot vero lacrimas excitas & ejulatus? Verum enim vero DEUS, Pater meus, ille ipse (*est,*) qui hanc tibi potestatem concessit. Ob transgressionem enim Adami & conjugis ejus Evæ intereunt (*homines,*) neque parcit mors vel unico. Nemini tamen accidit aut infertur quidquam sine mandato Patris mei. Utique extitere homines, qui vitam produxerunt ad nongentos usque annos; sed denati sunt. Immo, licet eorum nonnulli diutius vixerint, eidem nihilominus fato succubuere, nec ullus de ipsis unquam dixit: Ego non gustavi mortem. Quippe Dominus nunquam eandem pœnam infert, nisi semel, quum Patri meo placuerit eam homini immittere. Eodemque momento, ubi procedens illa conspicit mandatum ad se descendens de cœlo, ait: prodibo contra illum (*hominem, ingentem excitaturo*) commotionem. Tunc fit sine mora in animam impetus, & dominatur ipsi (*mors,*) ad suum arbitrium cum illa agens. Propterea enim, quod Adam non fecit voluntatem Patris mei, sed transgressus est mandatum ejus, ad iram contra illum concitatus Pater meus, eum addixit morti,

morti, & (*hac ratione*) ingressa est mors in mundum. Quod si observasset Adam præceptum Patris mei, nunquam illi mors obtigisset. Putatisne me petere posse a Patre meo bono, ut mihi mittat currum igneum, qui suscipiat corpus patris mei Josephi, illudque transferat in locum quietis, ut habitet cum spiritalibus? Verum ob prævaricationem Adami descendit ista ærumna & mortis violentia in universum genus humanum. Atque hæc est caussa, cur me oporteat mori secundum carnem, (*nimirum*) pro opere meo (*seu hominibus*,) quos creavi, ut consequantur gratiam.

CAPUT XXIX.

Hæcce locutus, amplexabar corpus patris mei Josephi, & flebam super illud. (*Reliqui*) vero sepulcri januam aperuerunt, & reposuerunt corpus ejus in eo juxta corpus patris ejus Jacobi. Tempore autem, quo obdormivit, completi ipsi erant centum & undecim anni. Nunquam ipsi doluit dens ullus in ore ejus: nec hebes reddita fuit oculorum acies: nec statura ejus incurva: neque decreverunt vires. Sed operam dedit arti fabrili lignariæ usque ad extremum vitæ suæ diem. Et hic dies erat sextus & vigesimus (*mensis*) Abib.

CAPUT XXX.

Nos vero Apostoli, ubi (*ista*) audivimus a Servatore nostro, læti surreximus, & prono corpore ipsi honorem exhibentes, diximus: O Ser-

O Servator noster, tuam nobis exhibeto gratiam: equidem nunc audivimus sermonem vitæ. Miramur tamen, o Servator noster, fata Henochi & Eliæ, eos nimirum nulli obnoxios fuisse morti. Enimvero sedem incolunt justorum in præsentem usque diem, neque viderunt corpora eorum corruptionem. At senex ille Josephus faber lignarius, erat tamen pater tuus secundum carnem. Jussisti autem, ut euntes per totum mundum, prædicemus sanctum Evangelium. Et dixisti: Nunciate illis (*etiam*) mortem patris mei Josephi, & festum ipsi diem (*ac*) sacrum anniversaria solennitate celebrate. Quicunque vero diminuerit quidquam de hoc sermone, sive illi aliquid addiderit, ille delinquit. Miramur utique (*Josephum*) inde ab illo die, quo natus fuisti Bethlehemi, te appellavisse filium suum secundum carnem. Quare igitur eum, æque ac illi (*Henochus & Elias*) sunt, non reddidisti immortalem? Et tu dicis eum justum fuisse & electum.

CAPUT XXXI.

Respondit vero Servator noster, & dixit: Equidem prophetia Patris mei jam consummata est super Adamum ob inobedientiam ejus. Et omnia ad nutum voluntatemque Patris mei disponuntur. Quippe si homo missum facit mandatum DEI, & opera sectatur diaboli, committendo peccatum, producitur (*sæpe*) ætas ejus. In hoc scilicet (*vivus*) servatur,

vatur, ut forte pœnitentiam agat, & perpendat se tradendum esse in manus mortis. Quod si fuerit aliquis bonorum operum studiosus, & ipsi vitæ prorogatur spatium, ut increbrescente senectutis ejus fama, eum homines probi imitentur. Ubi vero hominem conspicitis, cujus animus in iram præceps est, utique dies ejus abbreviantur; hi enim sunt, qui in ætatis suæ flore auferuntur. Omnis itaque prophetia, quam pronuntiavit Pater meus de filiis hominum, in qualibet re impleri debet. Quod vero attinet ad Henochum & Eliam, quomodo in hunc diem vivi subsistant, eadem servantes corpora, cum quibus nati fuerunt, & quod ad patrem meum Josephum attinet, cui æque ac illis non contigit in corpore suo permansio; Equidem, etiamsi vixerit homo multas annorum myriadas in mundo, cum morte tamen vitam aliquando commutare cogitur. Et dico vobis, o fratres mei, quod oporteat illos ipsos (*Henochum & Eliam*) sub finem temporum redire in mundum, & vita defungi, in die nimirum commotionis, terroris, angustiæ, & afflictionis. Nam Antichristus quatuor interfeciet corpora, eorumque effundet sanguinem aquarum in modum, propter opprobrium, cui eum exposituri sunt, & ignominiam, qua, detecta ipsius impietate, eum vivi notabunt.

CAPUT

CAPUT XXXII.

Et diximus: O Domine noſter, DEUS & Servator noſter. Quinam ſunt illi quatuor, quos dixiſti e medio ſublaturum eſſe Antichriſtum ob exprobrationem eorum? Reſpondit Servator: Illi ſunt Henoch, Elias, Schila & Tabitha. Hunc ſermonem cum audivimus a Servatore noſtro, gaviſi ſumus & exultavimus. Omnemque gloriam & gratiarum actionem obtulimus Domino, DEO & Servatori noſtro JESU Chriſto. Hic eſt, cui debetur gloria, honos, dignitas, dominium, potentia & laus, ſimul ac Patri bono cum eo, & Spiritui Sancto vivificanti dehinc & omni tempore, in ſæculum ſæculorum, Amen.

FINIS.

JOSE-

JOSEPHI
VETERIS CHRISTIANI
SCRIPTORIS
HYPOMNESTICON
SIVE
LIBER SACER
MEMORIALIS
IN LUCEM EDITUS
CUM
VERSIONE ET NOTIS
JO. ALBERTI FABRICII
SS. THEOL. D. ET PROF. PUBL.

EDITIO ALTERA.

HAMBURGI
APUD VIDUAM FELGINERIAM ET BOHNIUM.
MDCCXLI.

JOSEPHI
VETERIS CHRISTIANI
SCRIPTORIS
HYPOMNESTICON
SIVE
LIBER SACER
MEMORIALIS
IN LUCEM EDITUS
SIVE
VERSIONIS ET NOTIS
IO. ALBERTI FABRICII

VIRIS

SUMME REVERENDO ATQUE ERUDITISSIMO

CHRISTIANO FRIDERICO BOERNERO

SS. THEOL. DOCTORI

EJUSDEMQUE IN ACADEMIA LIPSIENSI PROFESSORI MERITISSIMO ACADEMIÆ BIBLIOTHECARIO ET CANONICO CIZENSI

VIRTUTEQUE ET DOCTRINA NOBILISSIMO

JOHANNI ADOLPHO HOFMANNO

S. D.

JO. ALB. FABRICIUS.

Utriusque Vestrum studio ac benevolentiæ debere hoc me profiteor, Fautores Honoratissimi, ut Josephum

huncce Christianum in lucem proferre in præsenti mihi liceat: æquum igitur est justumque ut pace Vestra nullis prius quam Vobis ille, qualicunque mea industria recensitus, offeratur. Tu inprimis, Egregie HOFMANNE, ad editionem scriptoris istius suscipiendam princeps auctor mihi extitisti, cum redux ex Anglia pro Tuo in me amore hoc me mactasti munere jucundissimo, & apographum Codicis Clarissimi Viri THOMÆ GALEI, manu Tua castigatum mecum communicasti. Vix autem fama editionis a me cœptæ ad Te, Venerande BOERNERE, pervenerat, cum placuit & Tibi, pro Tua in me benignitate, & litteras ornandi impenso studio Codicem tuum quem, ex Cantabrigiensi ipse olim in Anglia descripsisses, sponte ad me mittere, & non paucorum locorum emendatius atque integrius exprimendorum, ita ducem Te mihi præbere & auctorem. Conceptissimas utrique Vestrum hoc nomine ago habeoque gratias, atque agi etiam a lectoribus meis cupio: inprimis autem voveo, ut ambo Vos decus Ecclesiæ & litterarum diu ornare pulcherrime, & insigni opera vestra magnos

gnos & multos fructus, per multos annos, in vinea Domini ferre possitis. Opto etiam publicæ eruditionis caussa, ut præter alia quæ meditaris utilia, exquisita, præclara, Tuum, Venerande BOERNERE, Photium, sive Photii Bibliothecam, ingenio & doctrina Tua expolitam illustratamque videre, quamprimum nobis liceat; atque ut Tibi, Nobilissime HOFMANNE, qui animi Tui ac doctrinæ gustum non inficiandum nobis nuper dedisti in libro aureolo de ἀνταρκείᾳ, & in elaboratis de Republica commentariis, nec non in Marco Antonino Germanis nostris digna interpretatione commendato; detur propediem in lucem & communes usus proferre, erudita & ampla Tua quæ apud Te pridem vidi in Justinum Martyrem Commentaria; detur absolvere affectum quod habes in Epistolam ad Romanos opus egregium, variaque alia quæ sive versu sive libero exarata sermone servas in scriniis, vel musinaris non premenda diutius, sed lectione meditationeque studiosorum bonæ mentis dignissima.

De Josepho autem hoc, quem in lucem Vestro beneficio profero, aliorum

potius, & Vestrum malim audire judicium, quam meum interponere. Sane non integer ad nos pervenit; & est ubi curam in eo desideres, est ubi nitorem; neminem tamen breve hoc scriptum perlustrasse pœnitebit, quod inter obvia plura, docet etiam nonnulla quæ annotasse juvat, & quæ vix usquam alibi reperiuntur. Laudatum est a multis viris doctis, qui illud adhuc ineditum evoluerunt, Patricio Junio in notis ad Epistolam Clementis Romani, Isaaco Vossio contra Richard. Simonem, Cangio, Seldeno, Cotelerio, Joanne Crojo, Thom. Galeo ad Jamblichum de mysteriis Ægyptiorum, Godfrido Oleario τῷ μακαρίτῃ observationibus ad Matthæum, Guil. Caveo aliisque; unde illud non ingratum studiosis futurum esse existimavi. De ætate non assentior laudato Caveo, qui refert ad A. C. 420. neque Isaaco Vossio, qui auctorem hypomnestici putavit eundem esse cum Josepho Tiberiensi, ex Judæo Christiano, quem laudat Epiphanius hæresi xxx. 4 seq. Nam haud dubie longe est junior, etiam Theodoro Cantuariensi Episcopo A. 690. defuncto; neque Codex Cantabrigiensis Manuscriptus ab eo in Angliam

gliam allatus est, qui non potest esse antiquior Leone Philosopho, cujus versus quosdam eadem manu exaratos exhibet; neque Hippolyto Thebano, (a quo citatur Simeon Metaphrastes,) cujus Hippolyti locus capite 136. hypomnestici eodem charactere expressus legitur. Et huncce ipsum cum Codicibus noni & decimi sæculi accurate convenire, pulchre notatum a Te, Eruditissime BOERNERE, est ad Bibliothecam sacram Jacobi le Long. pag. 354. Miror autem quid in mentem venerit Casimiro Oudino, ut T. 2. de scriptoribus Eccles. pag. 1061. scribat reperisse se hypomnesticum hoc nihil aliud esse quam editionem latinam Josephi Gorionidis, quod omni modo est a veritate repulsum. Fallitur etiam Lambecius III. pag. 32. qui Manuscriptam memorans μέθοδον Ιωσήππου ἐκ τῶν ὑπομνησικῶν αὐτοῦ καὶ χρονικῶν συνταγμάτων, ὡς ζυνέση τὸ ψαλτήριον, Flavium Josephum non dubitans intelligi, pro ὑπομνησικῶν, legere ὑπομνημάτων jubet. Plures autem fuere sequiori ætate in Græcia, Josephi, etiam sæculo decimo; ex quibus quis demum hypomnestici auctor fuerit, nullis adhuc indiciis reperire potui. Quod autem in hæresium recensione

sione nullos juniores quam quarti sæculi memorat hæreticos, inde non licet firmiter concludere eum juniorem non fuisse, quia fieri potuit ut præ manibus habens, quem excerperet, Epiphanium, cum illo etiam desineret, nec ulterius progrederetur. Utcunque autem fuerit, ut opera qualiscunque mea in hoc scriptore posita boni consulatur a lectoribus, & a Vobis, Fautores honoratissimi, quibus illam grati animi testandi caussa cum maxime consecro, in haud siniſtram partem accipiatur, opto voveoque, & Vestro me amori commendatum porro cupio. Vos autem egregio Ecclesiæ & litterarum bono, vestroque & hunc qui imminet, & multos insecuturos annos, Valete. Scripsi Hamburgi XII. Cal. Jan. A. C. CIↃIↃCCXXIII.

ΙΩΣΗΠ.

ΙΩΣΗΠΠΟΥ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΥΠΟΜΝΗΣΤΙΚΟΝ.

JOSEPHI
CHRISTIANI SCRIPTORIS
LIBELLUS SACER MEMORIALIS.

ΥΠΟΜΝΗΣΤΙΚΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Ιωσήπω.

ΚΕΦ. α.

Ὅσαι γεγόνασιν ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ, ἕως τῆς τοῦ Σωτῆρος παρουσίας, γραφή.

α. Ἀδὰμ. β. Σὴθ. γ. Ἐνὼς. δ. Καϊνᾶν. ε. Μαλελεὴλ. ϛ. Ἰάρεδ. ζ. Ἐνώχ, ὃς μετετέθη, καίπερ ἔτι ζῶν καὶ φυλαττόμενος. η. Μαθουσάλα. θ. Λάμεχ. ι. Νῶε, ὃς ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ διασώζεται ἐν λάρνακι, μετ' οἴκου παντὸς. τρεῖς δ' αὐτῷ γεγόνασι παῖδες, Σὴμ, Χὰμ, Ἰάφεθ. ἡ δὲ γενεαλογία εἰς τὸ Ἑβραίων ἐρχομένη γένος ἀπὸ τοῦ Σὴμ ζυνίσα). ια. Σὴμ. ιβ. Ἀρφαξὰδ. ιγ. Σάλα.

JOSEPHI LIBELLUS MEMORIALIS.

CAP. I.

Quot fuere generationes ab Adamo usque ad Servatoris adventum?

1. Adam. 2. Seth. 3. Enos. 4. Cainan. 5. Maleleel. 6. Jared. 7. Enoch qui vivus adhuc & sentiens translatus est. 8. Mathusala. 9. Lamech. 10. Noë, qui in arca ex diluvio cum universa domo est servatus: huic tres fuere filii Sem, Cham & Japhet, at stirpis origo in Hebræorum genus progrediens a Semo constituitur. 11. Sem. 12. Arphaxad. a) 13. Sala.

ιδ. Ἑβερ.

a) Omittitur hoc loco Cainan, de quo vide Grotium sed & Millium ad Luc. III. 36. Jo. Cordesium in libello de Genealogia Christi Gallice edito, Sam. Bochartum in Phaleg. lib. 2. cap. 13. Leon. Allatium ad Eustathium Antiochen. p. 244. Sam. Petitum c. 27. Var. Lect. (lib. 4. c. 5.) Usserium &c.

ιδ. Ἔβερ. ιε. Φαλὲκ, ἐπὶ τούτου ἐμερίσθη ἡ γῆ: πληροῦνται γὰρ ἐπ' αὐτὴν, ἀπὸ ἀδὰμ ἔτη γ. ὥστε εἶναι τὸ ἥμισυ τοῦ χρόνου, τῆς παρούσης ἐν ἑξάδι χιλιάδων καταστάσεως. ιϛ. Ραγαῦ. ιζ. Σεροὺχ. ιη. Ναχώρ. ιθ. Θάῤῥα. κ. Αβραὰμ, ὃς ἀπὸ τῆς χαλδαίας εἰς τὴν χαναναίαν θείῳ μετοικίζεται προστάγματι. κα. Ισαὰκ. κβ. Ιακὼβ, οὗτος ἐγέννησε τοὺς δώδεκα φυλάρχους, ἐξ ὧν τὸ δωδεκάφυλον τοῦ Ισραὴλ (συνίσταται), ἀπὸ δὲ τοῦ ἰούδα, ὃς ἦν τέταρτος αὐτῷ γόνος, τὸ βασιλικὸν παράγεται γένος. κγ. Ιούδας. κδ. Φαρὲς. κε. Εσρὼμ. κϛ. Αρὰμ. κζ. Αμιναδὰβ, ἐπὶ τούτου, ἡ ἐξ αἰγύπτου ἔξοδος τοῦ λαοῦ, μωϋσέως ἡγουμένου γεγένηται. κη. Ναασσὼν.

14. Eber. 15. Phalec, ſub quo terra diviſa eſt, ſiquidem & ab Adamo in eum implentur anni termille, b) ut illud ſit dimidium temporis de præſenti ſenarii millenariorum conſtitutione. 16. Ragau. 17. Seruch. 18. Nachor. 19. Tharra. 20. Abraam, qui ex Chaldæa in Chananæam divino juſſu transmigravit. 21. Iſaac. 22. Jacob, qui duodecim tribuum auctores procreavit, ex quibus duodecim tribus Iſraëlis conſtiterunt: A Juda autem, quarto natu filio, ſtirps Regia deducitur. 23. Judas. 24. Phares. 25. Eſrom. 26. Aram. 27. Aminadab, cujus ætate exitus populi ex Ægypto, Moy-

b) Similiter Procopius Gazæus ad Geneſ. XI. 18. Euſtathius Antiochenus ſive quisquis auctor in Hexaëmeron p. 54. Heſychius presb. fragmento in Natalem Chriſti, Joannes Malala p. 294. Chronographiæ.

κθ. Σαλμὼν, οὗτος ἠγάγετο τὴν ῥαὰβ, τὴν τοῦ κατασκόπους κατακρύψασαν. λ. Βοὸζ, οὗτος τὴν μωαβίτιν ῥοὺθ ἠγάγετο ὅς τις δέκατος ἀπὸ ἀβραὰμ, καὶ πληροῦται ἐπὶ ῥοὺθ, τὸ προῤῥηθὲν ὑπὸ Μωϋσέως, μωαβίτις οὐκ εἰσελεύσεται εἰς τὴν ἐκκλησίαν Κυρίου, μέχρι γενεᾶς δεκάτης. λα. Ωβὴθ. λβ. Ιεσσαὶ. λγ. Δαβὶδ, ὃς χρίεται τοῦ λαοῦ βασιλεὺς, δι' ἐπιείκειαν εὑρεθεὶς * ἀπὸ θεοῦ, ἄρχειν τοῦ λαοῦ. λδ. Σολομὼν, ὃς τὸν ναὸν, τὸν ἐν ἱεροσολύμοις ἐδείματο. λε. Ροβοὰμ, ἐφ' ὃν ἡ βασιλεία τοῦ Δαβὶδ διῃρέθη, καὶ τὸν ἱεροβοὰμ ὁ ἰσραὴλ ἔστησεν ἑαυτῷ βασιλέα, μερισθεὶς ἀπὸ τοῦ ἰούδα. λϛ. Αβιὰ. λζ. Ασὰ. λη. Ιωσαφὰθ.

* an αἱρεθεὶς, electus.

ſe ductore contigit. 28. Naaſſon. 29. Salmon qui uxorem duxit Raab occultatricem exploratorum. 30. Booz, qui Moabitiden Ruth duxit uxorem decimus ab Abraamo, ita ut in Ruth impletum fuerit quod dictum eſt a Moyſe: c) *Moabitis non intrabit Eccleſiam Domini ad decimam usque generationem.* 31. Obed. 32. Jeſſæ. 33. David qui unctus eſt in Regem populi, ob modeſtiam animi dignus inventus a Deo qui populo imperaret. 34. Salomo qui templum Hieroſolymis condidit. 35. Roboam ſub quo regnum Davidis diſciſſum eſt, & Iſraël Jeroboamum ſibi ſtatuit Regem, facta a Juda ſeparatione. 36. Abia. 37. Aſa. 38. Joſaphat. λθ.

c) Deut. XXIII, 3.

λθ. Ιωραὰμ. μ. Οχοζίας. μα. Ιωὰς. μβ. Αμασίας. μγ. Οζίας. μδ. Ιωάθαμ. με. Αχάζ. μς. Εζεκίας, ἐφ' ᾧ ὁ Ἰσραὴλ αἰχμάλωτος ἤχθη. μζ. Μαναασσῆς. μη. Αμών. μθ. Ιωσίας. ν. Ιεχονίας ὁ καὶ Ἰωακεὶμ, ὃς αἰχμάλωτος ἤχθη εἰς Βαβυλῶνα. να. Σαλαθιὴλ. νβ. Ζοροβάβελ, ἐφ' οἷς ἡ ἁγία ἰάσθη αἰχμαλωσία ὑπὸ Κύρου βασιλέως περσῶν. νγ. Ῥησὰ. νδ. Ιωαννᾶ. νε. Ιωλὰ. νς. Ιωρὴχ. νζ. Σεμεὴ. νη. Ματθὰν. νθ. Ναγγαὶ. ξ. Σελὴμ. ξα. Ναὺμ. ξβ. Αμὼς. ξγ. Ματταθί. ξδ. Ιωσὴφ. ξε. Ιαννὰ. ξς. Μελχί. ξζ. Λεϋί. ξη. Ματθὰν. ξθ. Ἡλί. ο. Ιωσὴφ, ὁ τῆς παρθένου Μαρίας, τῆς θεοτόκου μνηστὴρ, τῆς τοῦ Κύριον ἡμῶν Ιησοῦν Χριστὸν, τὸν προϋπάρχοντα θεὸν λόγον,

39. Joram. 40. Ochozias. 41. Joas. 42. Amasias. 43. Ozias. 44. Joatham. 45. Achaz. 46. Ezechias sub quo Israël in captivitatem abductus est. 47. Manasses. 48. Amon. 49. Josias. 50. Jechonias qui etiam Joachim, qui captivus ductus est Babylonem. 51. Salathiel. 52. Zorobabel, sub quibus captivitas Judæ sublata est a Cyro Rege Persarum. 53. Rhesa. 54. Joanna. 55. Jola. 56. Jorech. 57. Semei. 58. Matthan. 59. Nagge. 60. Selim. 61. Naum. 62. Amos. 63. Mattathias. 64. Joseph. 65. Janna. 66. Melchi. 67. Levi. 68. Matthan. 69. Heli. 70. Joseph, Virgini Mariæ Deiparæ desponsatus, quæ Deum nostrum Jesum Christum, præexisten-

λόγον, θεὸν συναΐδιον τῷ Πατρί, τετοκύιας.

tem Deum Verbum, Patri coæternum peperit.

ΚΕΦ. β.

CAP. II.

Ὅσοι γεγόνασιν ἀρχιερεῖς ἀπὸ τοῦ Ἀαρῶν ἀρξάμενοι.

Quotnam fuere Principes sacerdotum a) *sive Pontifices maximi, facto ab Aarone initio?*

Τῷ Ἰακὼβ τρίτος γέγονε παῖς Λευΐς, τοῦ δὲ Λευΐ Καάθ, τοῦ δὲ Καάθ Ἀμβραμ, ἐξ οὗπερ γίνονται Ἀαρὼν καὶ Μωυσῆς, ὧν ὁ μὲν Μωυ-

Tertius natu filius Jacobi fuit Levi, filius Caath, Caathi Ambram, ex quo nati sunt Aaron & Moyses. Moyses populi ex Æ-

σῆς,

a) Cum hac recensione Pontificum Hebr. conferendi præter sacros scriptores ac Josephum, Eusebius lib. 8. demonstrat. Evangel. p. 391. sq. Epiphan. LV. 3. Nicephorus CPol. in Chronographia p. 306. sq. post Eusebii Chronicon Scalig. & Chronicon Paschale p. 188. 207. sq. E recentioribus Carol. Sigonius lib. V. de Rep. Hebr. c. 2. p. 457 sq. edit. Jo. Nicolai τοῦ μακαρίτου, Chronologi Usserius, Salianus, Torniellus, Spondanus &c. Alstedius p. 155. Ricciolus Tomo 3. Chronologiæ reformatæ p. 8. Paul. Eberus in populi Judaici historia Witteb. 1562. 8. Jo. Meyerus ad sedes Olam p. 623. seq. Montacutius Exercitatione VI. analect. & apparatus ad Origg. Eccles. Lud. Cappellus historia Apostolica illustrata p. 86. sq. Præ ceteris Jo. Seldenus libro priore de successione in Pontificatum & Josephus de Voisin ad Raymondi Martini pugiones in fidei p. 16--26. Wilhelmus Gœree Tom. 4. Mosaicæ Historiæ Eccles. Hebræorum quam Belgice edidit p. 372. seq. &c.

σῆς, ἡγεμόνευσε τῆς τοῦ λαοῦ ἐξ αἰγύπτου πορείας. Ααρὼν δὲ πρῶτος ἀρχιερεὺς ὑπὸ τοῦ Μωϋσέως χρίεται. α. Ααρὼν. β. Ελεάζαρ. γ. Φινεὲς. δ. Εβιέζερ. ε. Βοκχὶ. ϛ. Οζὴ. ζ. Ἡλὶ. η. Αχιτώβ, ἐφ' οὗ ὁ Σαμουὴλ, προφήτης ἦν, καὶ ἱερεὺς ἅμα, καὶ κριτὴς τοῦ λαοῦ. θ. Αχιμέλεχ, ὃς ἀναιρεῖται μετὰ τριακοσίων πεντήκοντα ἱερέων, ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ, διὰ τὴν

gypto exeuntis dux fuit, Aaron primus summus sacerdos a Moyse unctus est. 1. Aaron. 2. Eleazar. 3. Phinees. 4. Ebiezer. b) 5. Bocchi. c) 6. Oze. d) 7. Heli.* 8. Achitob, e) sub quo Samuel fuit Propheta idem Sacerdos simul, & Prætor sive Judex populi. 9. Achimelech f) qui cum trecentis ac quinquaginta sacerdotibus interfectus est a Saule, quod

b) Niceph. Αβιοὺ. Joseph. V. ult. Αβιεζέρης, al. *Abisuah.* 1 Paralip. VI. 5. Αβισοὺ.

c) Niceph. Βεχεί. Joseph. Βοκηεί. 1 Paral. VI. 5. Βοκκί.

d) Niceph. Οζεί. Joseph. Ὄζις. *Uzzi* al. Hoc loco alii interserunt *Zerachiam, Merajoth, Amariah,* sive Ζαραίαν, Μαριὴλ, Αμαρίαν, ex 1 Paral. VI. 6. 7. Chronicon Paschale p. 96. Joannam & Azariam.

* 1 Sam. I. c. 9. Ἡλί. Joseph. Ηλίς. Hic primus ex stirpe Ithamar. De ejus majoribus infra cap. 8.

e) Niceph. Αχίτωφ.

f) Male Αβιμέλεχ in quibusdam Codd. 1 Sam. XXII 11. aliis idem est cum *Achia:* a Nicephoro omittitur.

ξ Δαβὶδ δεξίωσιν. ι. Ἀβιαθαρ, ὃς μόνος ἀφασωθεὶς ἀπὸ τῶν ἀναιρεθέντων ἱερέων, κατέφυγεν πρὸς τὸν Δαβίδ. ια. Σαδώκ, ἐφ' ᾧ ὁ ναὸς ὑπὸ Σολομῶνος ᾠκοδομήθη. ιβ Αχιμάας. ιγ. Αζαρίας. ιδ. Ιωράμ. ιε.

Davidem fuſcepiſſent. 10. Abjathar † qui ſolus de interfectis ſacerdotibus ſervatus incolumis ad Davidem confugit. 11. Sadoc, g) ſub quo templum a Salomone conditum eſt. 12. Achimaas. h) 13. Azarias. i) 14. Ιωδαὲ,

† 1 Sam. XXIII. 6.

g) Niceph. Ζαδώκ. Joſepho Ζάδοκος. Chron. Paſchal. p. 99. Σαδέχ. filius Achitob. 2 Sam. VIII. 17 cum vero Joſephus ab Aarone ad Sadocum tredecim numeret pontifices, ut numerus hic prodeat, alii inter Achitob & Achimelech interſerunt *Achiam*, atque inter Achimelech & Abjathar *Jojadam*. Poſt tredecim iſtos usque ad Joſedecum idem Joſephus XX. 8. numerat Pontifices duodeviginti, quem numerum etiam Talmud utrumque & libri Rabbot & Siphre confirmant teſte Azaria in Meor Enajim.

h) Filius Sadoci. 2 Sam. XV. 36. 1 Paral. VI. 8. Niceph. Αχιμάζ, Joſepho Αχιμᾶς.

i) Sadoci filius 3 Reg. IV. 2. hoc eſt nepos. Niceph. hoc loco turbat omnia, duosque memorat Azarias & deinde ſtatim Uriam, poſt quem ſequuntur Σομνᾶς ὁ ϖονηρὸς καὶ ἄσωτος πρὸς Ἐζεκίᾳ βασιλέως, Ελιακεὶμ, Μωσελέμ, & Χελκίας. Alii poſt Azariam nominant ſummos Pontifices *Joacham*, *Joarib*, *Joſaphat*, *Jojada*, *Phedaia*, *Sedechia*, *Joël*, *Joatham*, *Uria*, *Neria*, *Hoſaia*, *Sellum*, *Chelkiam*, *Azariam*, *Sereiam* & *Joſedek*. Sic Talmudici in Gemara ad Joma cap. 1.

Ιωδαὲ, οὗτος ἔζησεν ἔτη ἑκατὸν τριάκοντα, ὃς καὶ τὴν Γοδολίαν, ἐξαλεῖψαι τὸ τοῦ Δαβὶδ γένος βουλομένην, ἀνεῖλε. ιϛ. Αζιωρὰμ. ιζ. Φειδαῖος. ιη. Σωβαῖος. ιθ. Ιῆλος. κ. Ιώθαμος. κα. Ουρίας, οὗτος ἐπὶ Ἄχαζ καὶ Εζεκίου ἱεράτευσεν. κβ. Ικρὴ. κγ. Ιωασσῆ. κδ. Σελοῦμ. κε.

Joram. k) 15. Jodaë l) qui vixit annos centum & triginta, * atque Godoliam genus Davidis cupientem exstinguere interfecit. 16. Azioram. m) 17. Phidæus. n) 18. Sobæus. o) 19. Jelus. p) 20. Jothamus. 21. Urias, qui summum sacerdotem gessit sub Achazo & Ezechia. 22. Icre. q) 23. Joasse. r) 24. Selum.

k) Josepho Ιώραμος, lib. X. cap. 11.

l) Josepho Ἶσος, al. *Joachas.*

* Centum & viginti. Chron. Paschal. pag. 101. sed emendandum ex pag. 100. ubi recte legitur centum & triginta.

m) Josepho Αξιώραμος. Hic alio nomine *Jojada* sive *Jehojada.* 2 Reg. XI.

n) Josepho Φιδέας, al. *Pedaja.*

o) Josepho Σουδέας.

p) Josepho Ιοῦλος X. 11. sed rectius VI. 3. Ιώηλος.

q) Josepho Νηρίας. In Chronico Paschali post Uriam Pontificem pag. 114. memoratur Σοβνὰρ, ejusque successor Ελιακεὶμ, filius Chelkiæ. Pro Σοβνὰρ apud Nicephorum est Σομνᾶς ὁ πονηρός, ut jam notavi.

r) In Josephi Codd. Ωδέας, leg. Ωσέας.

Χελκίας, ὃς ἐπὶ ϛ ἰωσίᾳ ϛ εὐσεβοῦς βασιλέως, ἱεράτευσεν. κϛ. Σαραίας. κζ. Ιωσεδὲκ, ἐφ' οὗ ὁ λαὸς αἰχμάλωτος ὑπὸ ϛ Ναβαχοδονόσορ ἤχθη. κη. Ιησοῦς ὁ ϛ ἰωσεδὲκ, ἐφ' οὗ, ἰδὼν λύσιν τῆς αἰχμαλωσίας ὑπὲρ Κύρῳ ἀνήφθη, καὶ μετὰ ϛ Ζοροβάβελ ϛ λαῷ προέστη. κθ. Ιωακεὶμ, ἐπὶ τούτου νόμους ἔσδρας ἀνέγνω. λ. Ελιασὴφ. λα. Ἰωάχας, ἐφ' οὗ τὰ κϛ

s) 25. Chelkias, ** qui ſub Joſia pio Rege ſacerdos maximus fuit. 26. Saræas. t) 27. Joſedec, u) ſub quo populus captivus ductus eſt a Nabuchodonoſore. 28. Jeſus Joſedeci F. ſub quo Judas ex captivitate a Cyro reductus eſt & poſt Zorobabelem populo præfuit. 29. Joakim, ſub quo leges x) Esdras legit. 30. Eliaſiph. y) 31. Joachas z) cujus temporibus

ἐθνὴς

s) Joſephi Σαλδῶμος, leg. Σαλλῶμος, 1 Paralip. VI. 12. Σελλῶμ. Niceph. Ελιακεὶμ, Μωσελέμ, lege Ελιακεὶμ, Ωσέας, Σελλέμ.

** Al. Ελκίας vel Ελιακίας. Hujus loco in Chronico Paſchali inter Sellum p. 117. & p. 131. Saræam eſt p. 120. ἀζαρείας.

t) Joſepho & Niceph. Σαρέας, al. *Sareja*, שריה.

u) Joſepho ἰωσάδοκος ὁ αἰχμαλωτισθείς. De hactenus commemoratis poſt Sadocum, addit Joſephus, nullum non patri ſuo in Pontificatu ſucceſſiſſe.

x) Neemiæ VIII. 3. ſq.

y) Joſeph. XI. 5. ἐλεάσιβος, Euſebio p. 393. demonſtrat. ἐλιασῶβος, Niceph. ἐλιασήν vitioſe.

z) Joſepho *Judas* Eleaſibi F. Neemiæ XII. 10. ἰωδαέ. ita & Euſeb. ac Niceph.

ἐσθὴρ καὶ μαρδοχαῖον. λβ. Ιωάννης. λγ. Ιαδδαῖος, ἐφ' οὗ, ὁ ἐν γαρίζῃ ναὸς ᾠκοδομήθη. λδ. Ωνίας. λε. Σίμων. λϛ Ελεάζαρος, ἐφ' οὗ, οἱ βίβλοι τῶν ἑβδομήκοντα, Πτολεμαίου τοῦ δευτέρου βουληθέντος, ἡρμηνεύθησαν. λζ. Μανασσῆς. λη. Ανανίας, ἐπὶ τούτου τὰ δεινὰ ὑπὸ τοῦ Αντιόχου τοῦ Επιφανοῦς ἐπὶ τῶν Μακκαβαίων

gesta sunt quæ de Esthere & Mardochæo scripta exstant. 32. Joannes. * 33. Jaddæus, a) sub quo templum conditum est in Garize. 34. Onias. 35. Simon. b) 36. Eleazarus c) sub quo libri sacri a LXX. Interpretibus, Ptolemæo secundo desiderante in Græcam linguam versi sunt. 37. Manasses. 38. Ananias d) sub quo gravia illa ab Antiocho Epiphane quæ in Maccabæor. libris e) συμ-

* Eidem Eusebius ἰωνάθης ex Neemiæ XII. 11. Nicephoro ἰωνάν.

a) Josepho & Euseb. ἰαδδοῦς. Niceph. ἰαδδώ.

b) Hic est *Simon*, cognomento *Justus*, Joseph. XII. 2. Eusebio deinceps Pontifices ita enumerantur: *Onias*, *Eleazarus*, *Onias* alter, *Simon*, cujus tempore scripsit Jesus Sirachides, *Onias* tertius & *Judas* Maccabæus. Ante Judam ab Auctore Tzemach David, etiam summum pontificatum gessisse traditur *Matthathias*.

c) Simonis frater.

d) Josepho XII. 3. *Onias* Simonis Justi F. Ita & Nicephor.

e) 1 Maccab. I. 11. seq. &c.

συμβέβηκε. λθ. Σίμων. μ. Ωνίας. μα. ἰησῆς. μβ. Ωνίας. μγ. Ἀλκιμος, ὃν Ἀντίοχος κατέστησεν, ἐκ ὄντα τῆς ἱερατικῆς γένους, ἀνελὼν τὸν Ωνίαν. ἐπὶ τούτου Ωνίας ὁ τοῦ Ωνίου υἱός, φυγὼν εἰς Αἴγυπτον, ναὸν ὅμοιον τῷ ἐν ἱεροσολύμοις ᾠκοδόμησεν ἐν τῷ ἡλιουπολίτῃ νόμῳ. μδ. ἰούδας ὁ μακκαβαῖος ἐκ τῶν ἀσαμοναίου. με. ἰω-

referuntur, sunt gesta. 39. Simon. 40. Onias. f) 41. Jesus. g) 42. Onias. h) 43. Alcimus, i) quem Antiochus interfecto Onia constituit, licet ex sacerdotali genere k) non esset. Illius tempore Onias Oniæ F. in Ægyptum aufugit, ibique templum Hierosolymitano simile in provincia Heliopolitana *) condidit. 44. Judas Maccabæus ex Assamonæi stirpe. 45. νάθης

f) *Onias* Simonis secundi F. vide Josephum XII. 4.

g) al. *Jason* Oniæ frater. ὁ μὲν ἰησῆς ἰάσωνα ἑαυτὸν μετωνόμασε. Joseph. XII. 6.

h) *Onias* Jesu frater junior, dictus etiam *Menelaus* teste Josepho. Hunc primum vivi ac superstitis decessoris in locum intrusum notat idem XV. 3. Menelao Lysimachum fratrem successisse legas 2 Macc. IV. 26.

i) Ἀλκιμος ὁ καὶ ἰάκειμος κληθείς. Joseph. XII. 15.

k) Idem XX. 8. de hoc Alcimo: γένους μὲν τοῦ Ααρῶνος ἐκ ὢν δὲ τ οἰκίας τούτης. *Ex genere Aaronis quidem, sed non ex eadem* (cum Onia) *familia.*

*) Permittente Ptolemæo Philometore. Vide Josephum XIII. 6.

νάθης ἀδελφὸς. μς. Σίμων ἀδελφὸς. μζ. ἰωάννης ὁ καὶ ὑρκανὸς. μη. Αριστόβελος, ὃς καὶ διάδημα πρῶτος περιέθετο. μθ. ἰαννᾶιος ὁ καὶ ἀλέξανδρος. ν. Ὑρκανὸς, ἐφ' ὃ Πομπήιος ὁ ῥωμαίων βασιλεὺς, τὸ ἱερὸν ἑλὼν, τὰ κειμήλια ἀφείλετο. να. Ἀντίγονος, ὃς πάρ-

Jonathas frater. l) 46. Simon frater. 47. Johannes qui & Hyrcanus. 48. Aristobulus qui primus diadema m) sibi imposuit. 49. Jannæus * qui & Alexander. 50. Hyrcanus, sub quo Pompejus Rex n) Romanorum templo occupato res pretiosas abstulit. o) 51. Antiθες

l) Post quadriennii vocationem constitutus est Jonathan ab Alexandro Antiochi Epiphanis F. vide Josephum XIII. 5. Jonathani huic Eusebius p. 394. demonstrat, statim successorem dat Aristobulum.

m) Joseph. XX. 8. τὴν ἱερωσύνην καταχὼν μετὰ βασιλείας. & XIII. 19. Τὴν ἀρχὴν εἰς βασιλείαν μεταθεῖναι δόξας, διάδημα πρῶτος ἐπέθετο.

* Niceph. ἰωάννης ὁ καὶ ἰαννᾶιος.

n) Rectius Eusebius p. 394. demonstrat. Πομπήιος Ῥωμαίων στρατηγὸς ὤν. Summum enim ducem exercitus, non *Regem* Romanorum fuisse Pompejum, nemo nescit. Idem ob victorias ab hostibus reportatas, iterum iterumque *Imperator*, etiam in nummis apud Mediobarbum.

o) Dio quoque lib. 36. pag. 37. cum templum a Pompejo occupatum narrasset, subjungit: καὶ πάντα τὰ χρήματα διηρπάσθη. Sed verius est quod XIV. 8. narrat Josephus, Pompejum a thesauris templi

θες ἐπηγάγετο κ᾽ ὑρκανῦ, ὑπὸ Ἡρώδε ἐκβάλλε᾽ τ ἱερωσύνης. νϛ. Ἀνανῆλ@, ὁ ὑπὸ Ἡρώδε καταςαθεὶς ἐκ ὢν τῦ ἐχιερατικῦ γένες. νγ. Ἀριςόβελ@, ὃν ἡρώδης καθίςησι, τ ἀνανῆλον ἐξομοςάμεν@, κ᾽ γονus qui Parthos p) adverſus Hyrcanum adduxit, & ab Herode ſacerdotio depulſus eſt. 52. Ananelus ab Herode conſtitutus, licet non eſſet ex genere ſacerdotali. q) 53. Ariſtobulus r) quem Herodes Ananelo eju-

πάλιν

pli manus abſtinuiſſe. Cicero pro Flacco cap. 28. *Cn. Pompejus captis Hieroſolymis victor ex illo fano nihil attigit.* Idem Dio notat Pontificatum geſſiſſe etiam Hyrcani fratrem *Ariſtobulum*, hic enim eſt qui poſt tres menſes fratrem majorem natu victum bello pepulit & ipſe ſacerdotium regnumque invaſit. Inde Romanorum imploravit auxilium Hyrcanus, ut refert etiam S. Auguſtinus XVIII. 45. de Civ. Dei. Itaque exorta hæc inter fratres diſſidia cladem populo attuliſſe eumque Romanis ſubjeciſſe non diffitetur loco laudato Joſephus. Ariſtobulum captum deinde in triumpho Pompejus duxit, fratrique ejus Hyrcano regnum & ſacerdotium reſtituit, ſed eum prohibuit uti diademate.

p) Bazaphernem & Pacorum. Vide Joſeph. XX. 8. Antigonus ille Ariſtobuli F. a Romanis deinde captus & ſacerdotio exutus.

q) Familiam ſummorum ſacerdotum intellige. Nam alioqui ſacerdos erat. ἱερέα τῶν ἀσημοτέρων vocat Joſephus XV. 2.

r) Hyrcani nepos. Joſeph. XV. 3. & XX. 8. Hujus ſororem Mariamnem Herodes duxit uxorem. Apud Euſebium p. 397. D. demonſtat, ubi de hoc Ariſtobulo, pro ἡδὺν, lege ἡωνόν.

πάλιν δολοφονήσας τ̃ Αριστόβουλον, καθίστησι τ̃ Ανανῆλον. νδ. πάλιν Ανανῆλ(ον). νε. Ἰησοῦς ὁ τ̃ Φαυβῆ. νς. Σίμων ὁ Ἡρώδε κηδεστὴς. νζ. Ματθίας. νη. Ἰώσηπ(ος), κ̃ τὴν τ̃ νηστείας ἡμέραν, ἀνλι Ματθίᾳ. νθ. Ἰώζαρ(ος). ξ. Ελεάζαρ(ος), ἐφ' ὃ Ἡρώδης ἀπέθανε. ξα. Ἰησοῦς ὁ Σ̃ σιὲ. ξβ. Ἀ-

rato substituit, atque iterum Aristobulo per dolum interfecto s) Ananelum restituit. 54. Ananelus iterum. 55. Jesus Phaubet) F. 56. Simon u) Herodis socer. 57. Matthias. x) 58. Josephus ad diem jejunii y) in Matthiæ locum. 59. Jozarus. z) 60. Eleazarus a) sub quo Herodes obiit. 61. Jesus See b) F. 62. Ana-

ναν(ος),

s) Per lusum & jocum suffocato in aquis. Postremus Hasmonæorum fuit hicce Aristobulus.

t) Φάβητ(ος), Joseph. Hunc Jesum omittit Niceph.

u) Boëthi F. Joseph. XVII. 6.

x) Theophili F.

y) πρὸς μίαν ἡμέραν ἣν Ἰουδαῖοι νηστείαν ἄγουσιν, Ἰώσηπ(ος) ὁ τ̃ ἐλλίμε ζυνιερέσατο, αὐτῷ ζυγγενὴς ὤν. Joseph. XVII. 8. Hunc Josephum Niceph. & Euseb. omittunt.

z) Frater uxoris Herodis, filius Boëthi, aliis Ἰωάζαρ(ος).

a) Jozari frater vivo successor datus, Joseph. XVII. 15.

b) Vivo Eleazaro surrogatus Jesus τ̃ Σιέ. Apud Nicephorum male tanquam quinque Pontifices referuntur Ελεάζαρ, Ἰησοῦς, Ὡσηὲ, Ἰωάζαρ, Ανᾶν(ος). Legendum Ἰησοῦς ὁ Σιέ.

νανος, ὃτός ἐσιν ὁ Καϊ- nus c) ſocer Caiphæ.
άφα πενθερὸς. ξγ. ἰσ- d) 63. Iſmaël Biabe
μαὴλ ὁ τῦ βιαβῆ. e) F. 64. Eleazarus
ξδ. Ελεάζαρ Ανάνε. Anani F. 65. Simon
ξε. Σίμων Καθήμε. ξς. Cathimi f) F. 66. Cai-
Καϊάφας ὁ καὶ ἰώσηπ- phas qui & Joſephus,
π ἐφ' ᾧ τὸ ζωτήρι- g) ſub quo Dominus
ον πάθ, ὁ Κύρ noſter ſalutarem paſſi-
ἡμῶν ὑπέμεινε. ξζ. onem ſubiit. 67. Jo-
Ιωνάθης Ανάνε. ξη. nathes Anani F. 68.
Θεόφιλ ἀδελφός. ξθ. Theophilus frater h)
Σίμων Βοήθε. ο. Πά- 69. Simon i) Boëthi F.
λιν Ιωνάθης ὁ Ανάνε. 70. Iterum Jonathes k)
οα. Ματθίας ἀδελφός. Anani F. 71. Matthi-
οϐ.

c) Hoc loco, ſi Flav. Joſephum XVIII. 3. ſequimur, iterum ponendus Jozarus, cui iterum exauctorato Quirinius Ananum Sethi F. Ἄνανον τὸν Σὴθ ſive Annam (ut ſacris ſcriptoribus appellatur) ſuffecit.

d) Joh. XVIII. 13. Αννὰς πενθερὸς τῦ Καϊάφα. Adde Luc. III. 2.

e) τῦ Φαβί. Joſeph. XVIII. 13. Idem nomen, licet alius XX. 6. ἰσμαὴλ Φαβεῖ πως. Apud Euſebium p. 300. demonſtrat. pro τὸν τῦ Φήβα lege τὸν Ἰῦ Φαβῆ, quæ eſt vera lectio. Genitivus Φάβητ fuit ſupra, t.

f) Joſeph τῦ Καμίθε.

g) Ἰώσηπ ὁ Καϊάφας.

h) Frater Jonathæ cui depoſito illum ſurrogavit Vitellius Imp.

i) Cognomine Κανθήρας. Joſeph. XIX. 5.

k) De hoc apud Flav. Joſephum nihil, qui Simoni depoſito Matthiam ab Agrippa ſurrogatum ſcribit XIX. 6.

οβ. Ηλὶ ὁ νέος. ογ. Ιώσηπος Κάμη. οδ. Ανανίας ὁ τοῦ Νεβεδαίου. οε. ἰωνάθης. ος. ἰσμαῆλος Φαβίου. οζ. ἰώσηπος ὁ Κάμης. οη. Ανανος Ανάνου, ὁ ἰάκωβον ἀποκτείνας τὸν δίκαιον, τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου. τούτῳ καὶ ὁ Παῦλος εἶπε, τύπτειν σε μέλλει ὁ Θεὸς, τοῖχε κεκονιαμένε. οθ. ἰησοῦς ὁ Γα-

as frater. 72. Eli l) junior. 73. Josephus Came m) F. 74. Ananias Nebedæi F. 75. Jonathes. n) 76. Ismaël Fabii o) F. 77. Josephus Cames. p) 78. Ananus Anani F. interfector Jacobi Justi q) qui frater Domini fuit. Huic Anano Paulus, r) *Percutiet te Deus, paries dealbate.* 79. Jesus Gamaliel s) μα-

l) Josepho XIX. 7. Ελιωναῖος ὁ τοῦ κανθηρᾶ παῖς.

m) ὁ τοῦ καμεῖ. Joseph. XX. 1. al. legas τὸν τοῦ καμύδου.

n) Hic a Flavio Josepho omissus.

o) Φαβεῖ. Joseph. XX. 6.

p) Joseph. XX. 7. Καβεῖ. Pontifex ille *Josephus* Simonis, de quo proxime, filius. Niceph. statim post Jonathanem Anani F. ἰωνάθης αἰλωνέων, ὁ καὶ ἰώσηπος, ὑπὸ Νέρωνος καταστάθεις.

q) De Jacobi minoris cæde Hegesippus apud Euseb. lib. 2. c. 23. Hist. ex quo pseudo Abdias libro sexto & alii.

d) Joſ. XXI. 23. al. Ελθεκὼ. al. Ελκωθαίμ. minus bene.

e) Γεβαδών.

f) Leg. Αιλὼν ex Joſ. XXI. 24.

g) Γεδερεμμών.

ἀπὸ ἡμίσους φυλῆς μανασσῆ, τὴν καναχῆ, καὶ τὴν βετσὰν, αὖτ) πόλεις β.

A dimidia tribu *Manasse*, Kanache h) & Bethsan, i) Civitates II.

ἀπὸ ἑτέρου ἡμίσους φυλῆς μανασσῆ, τὴν γαῦλον, καὶ τὴν βοσσόρον, καὶ αὖτ) πόλεις β.

Ab altera parte tribus Manasse dimidia, Gaulon & Bosoron k) etiam hæ Civitates II.

ἀπὸ φυλῆς ἰσσάσχαρ, τὴν κισσὼ, καὶ τὴν ῥαμὰθ, καὶ τὴν δεββαθὰ, καὶ τὴν ἡλίη, αὖτ) πόλεις δ.

A tribu *Isaschar*, Cisso, l) & Ramath, & Debbatha & Helie, m) Civitates IV.

ἀπὸ φυλῆς ἀσὴρ, τὴν μασαλὰ, καὶ τὴν ἀβδὼθ, καὶ τὴν χελκὰθ, καὶ τὴν ῥαάβ, αὗται πόλεις δ.

A tribu *Aser*, Masala n) & Abdoth o) & Chelcath & Rhaab. Civitates IV.

ἀπὸ φυλῆς νεφθαλεὶμ, τὴν κεδὲς τὴν ἐν τῇ γαλιλαίᾳ, καὶ τὴν ἐμὰθ, καὶ τὴν καρεῖν, αὖτ) πόλεις γ.

A tribu *Nephthalim*, Cedes in Galilæa, & Emath p) & Carein, q) Civitates III.

ἀπὸ

h) Θαανάχ vel Τανὰχ ex Jos. XXI. 25.
i) Βαιθσὰ ibid. al. Ιεβαθὰ.
k) Βοσσοῤῥάν. Jos. XXI. 27.
l) Κισών.
m) Πηγὴν γραμμάτων. Jos. XXI. 29.
n) Al. Βασελλὰν vitiose.
o) Rectius Αβδών.
p) Al. Νεμμὰθ vitiose. Jos. XXI. 32.
q) Καραΐν, al. καρθάν.

ἀπὸ φυλῆς ζαβελὼν, Ἰὴν ἐεκκώμ, καὶ Ἰὴν κασσειρ, καὶ τὴν ῥεμμὼν, καὶ τὴν ἐλλὰν, αὖ) πόλεις δ.

A tribu *Zabulon*, Jeccom, r) & Casir & Rhemmon, s) & Ellan, t) Civitates IV.

ἀπὸ φυλῆς ῥεβὶμ, πέραν ϗ ἰορδάνε τὴν βοσόρ, καὶ Ἰὴν ἰαζείρ, ϗ τὴν κεδμώθ, καὶ ἀφαάθ, αὖ) πόλεις δ.

A tribu *Ruben*, trans Jordanem, Bosor & Jazir & Cedmoth, & Aphaath, u) Civitates IV.

ἀπὸ φυλῆς γὰδ, τὴν ῥαμὼθ, καὶ ματθανὴν, καὶ Ἰὴν ἐσεβὼν, καὶ Ἰὴν ἀζείρ, ϗ αὖ) πόλεις δ.

A tribu *Gad*, Ramoth, & Matthanen, x) & Esebon, & Azir. y) Etiam hæ Civitates IV.

ΚΕΦ. λδ.

Τίνας ἐιλήφασι πόλεις καὶ βασιλεῖς, ἰησοῦς καὶ καλὲφ οἱ πιστοί.

CAP. XXXIV.

Quasnam Civitates & quos Reges ceperunt Josua & Caleb, fideles viri?

Τὸν βασιλέα ἰεριχῶ. καὶ τ βασιλέα τ

Regem 1. Jericho z) & Regem 2. Gai

γαὶ,

r) Ιεκναάμ.
s) Hebr. *Carthat & Dinova.*
t) Græci Codices Jos. XXI. 35. Σελλά Hebr. נהלל
u) Μαφαάθ. Jos. XXI. 36.
x) Μαναὶμ. id. 37.
y) Ιαζήρ.
z) Jos. XII. 9. seq.

γαΐ, ἥ ἐστι πλησίον Βεθήλ. Βασιλέα ἱερσαλήμ. Βασιλέα χεβρῶν. Βασιλέα λάχις. Βασιλέα ἱερμέθ. Βασιλέα γαζὲρ. Βασιλέα αἰγλὼμ. Βασιλέα ἀδὲρ. Βασιλέα δαβήρ. Βασιλέα ὀδολλὰμ. Βασιλέα ἑρμᾶ. Βασιλέα θαπφῦ. Βασιλέα λεβνᾶ. Βασιλέα βέκ. Βασιλέα μακηδά. Βασιλέα σαμρῶν. Βασιλέα ὀφὲρ. Βασιλέα ἀχσάφ. Βασιλέα ἀσώρ. Βασιλέα μελδὼν. Βασιλέα μαρὼν. Βασιλέα κέδες.

quæ Betheli vicina est. Regem 3. Jerusalem. Regem 4. Hebron. Regem 5. Lachis. Regem 6. Jerimuth. Regem 7. Gazer. Regem 8. Æglom. a) Regem 9. Ader. Regem 10. Daber. Regem 11. Odollam. Regem 12. Herma. b) Regem 13. Tapphi. c) Regem 14. Lebna. Regem 15. Bec. d) Regem 16. Maceda. Regem 17. Samron. Regem 18. Opher. Regem 19. Aschaph. e) Regem 20. Asor. f) Regem 21. Meldon. g) Regem 22. Marron. h) Regem 23. Cedes. Re-

Βασι-

a) al. Αιλάμ.
b) Ἑρμάθ.
c) al. Ταφέτ.
d) Οφέκ.
e) al. Αζίφ.
f) Ασώμ.
g) Μαρεδών.
h) Μαμβρών.

βασιλέα θανὰκ. βασιλέα ἰεκενὰμ ὃ χερμὲλ. βασιλέα δῶρ. βασιλέα ὃ ναφὲρ δῶρ. βασιλέα γωὶμ τ᾽ γογὲλ. βασιλέα θερσὰ. πάντες ἔτοι βασιλεῖς κθ, ὃς ἀνεῖλεν ἰησοῦς ζὺν ταῖς πόλεσιν αὐτῶν, καὶ ἐκληροδότησεν αὐτὰς ϊοῖς ὑοῖς ἰσραὴλ.

gem 24. Thanac. i) Regem 25. Jeconam k) Chermelis. Regem 26. Dor. Regem 27. Nepherdor. l) Regem 28. Goim m) Galilææ. Regem 29. Therſa. Univerſi hi Reges undetriginta quos debellavit Joſua cum civitatibus ipſorum, & has filiis Iſraëlis in ſortem attribuit.

ΚΕΦ. λε.

Τίνες, οἱ βασιλεῖς, ἐπελθόντες τῇ ἁλυκῇ πεδιάδι, ὃς ἐπάταξεν ἀβραάμ.

Μαρφὰλ, βασιλεὺς ζενναὰρ. ἀριὼχ βασιλεὺς ἐλλαά. χοδολλογόμορ βασιλεὺς ἐλαὰμ. θαργαὰρ βασιλεὺς ἐθνῶν.

CAP. XXXV.

Quinam fuere Reges egreſſi in valle ſalſa quos fudit Abraam?

Amarphal, Rex Sennaar, Arioch, Rex Ellaa. n) Chodollogomor, Rex Elam. Thargar, o) Rex gentium.

ΚΕΦ.

i) Ζαχάκ.
k) Ιεκόμ.
l) Φενεαλδὼρ.
m) Γεῖ.
n) Ελλασάρ. Geneſ. XIV. 1. & 9.
o) Θαργάλ.

ΚΕΦ. λς.

Τίνες οἱ βασιλεῖς, ὃς διέσωσεν ἀβραὰμ μετὰ λὼτ.

Ελλὰμ, βασιλέα Σοδόμων. μεγαβερσᾶν, βασιλέα γομόῤῥας. σενναάρ, βασιλέα ἀδαμῶν. Σομοβὸρ, βασιλέα Σεβώημ. βαλάκ, βασιλέα Σεγὸρ. τούτους ἀβραὰμ ἐπιδιώξας καὶ ἀνελὼν ἐκ τῆς ἀπαγωγῆς, ὕφελείλατο, ἐπιστρατεύσας αὐτοῖς τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας, ὄντας τὸ ἀριθμὸν ιη.

CAP. XXXVI.

Quinam fuere Reges quos Abraam cum Lotho servavit?

Ellam, p) Rex Sodomorum. Bersan, q) Rex Gomorrhæ. Senaar, Rex Adamorum. Somobor, r) Rex Seboim. Balac, Rex Segor. Hos abductos Abraam insecutus, ex captivitate eripuit, pugnæ sociis in hostes usus servis suis s) numero CCCXVIII.

ΚΕΦ. λζ.

Τίνες ἑβραῖοι γυναῖκας ἐθνικὰς ἠγάγοντο.

Ἰούδας τὴν Σαυᾶ, ἐξ ἧς ἔσχεν υἱὸς, τὸν Σὴρ,

CAP. XXXVII.

Quinam Hebræi uxores duxerunt Ethnicas?

1. Judas Savam t) ex qua habuit filios

p) Βαλλὰ Genes. XIV. 2.
q) Βαρσά.
r) Συμοβόρ.
s) Genes. XIV. 14. seq.
t) Genes. XXXVIII.

καὶ τ̃ αὐνᾶ, καὶ τ̃ Ζιλώμ. ἔλαβε δὲ γυναῖκα τὴν Θάμαρ τῷ ἡῷ αὐτ̃ Ζὴρ, καὶ τότε ἀποθανόν(ς) ἔδωκεν αὐτὴν τῷ αὐνᾶ γυναῖκα, καὶ τότε δὲ ἀποθανόντ(ς) καὶ μὴ ἀπολύοντ(ς) αὐτὴν ἑτέρῳ γαμηθῆναι, δόλῳ ἡ Θάμαρ ἔσχεν ἐξ αὐτ̃ ἡὸς, τ̃ Φαρὲς καὶ τ̃ Ζαρά. μωυσῆς τὴν Ζεπφόραν, ἐξ ἧς ἔσχε τ̃ γερσῶν, καὶ τ̃ ἐλιέζερ. σαλμὼν δὴν ξαὰβ τὴν πόρνην οὐ κατασκόπες κατακρύψασαν, ἐξ ἧς ἔσχε τ̃ ἰωβὴδ τ̃ δ̃ ἰεσσαὶ πατέρα, ἐξ ἧπερ γυνᾶ) ὁ δαβίδ. ἦτοι μὲν ἦν, οἱ τεχθέντες ἐκ τ̃ ἐθνικῶν

Seir u) & Aunam & Selomum. Filioque suo Seir collocavit uxorem Thamar, & hoc defuncto dedit eam uxorem Aunæ, & post hunc etiam defunctum cum non permitteret eam alii nubere, per dolum Thamar ex ipso habuit filios Phares & Zara. 2. Moses Sepphoram x) ex qua Gersonem y) suscepit & Eliezerem. 3. Salmon z) meretricem Raab, quæ speculatores occultaverat a) ex eaque habuit Boosum. 4. Booz Moabitidem Ruth, b) ex qua habuit Jobedum patrem Jessæ ex quo genitus est David. Hi igitur ex ethnicis ge-

γυναι-

u) Ἦρ.
x) Exod. II. 21.
y) Γηρσάμ.
z) Atavus Davidis. Matth. I. 5.
a) Josuæ II.
b) Ruth. IV. 10.

γυναικῶν, καὶ εἰς τὴν τοῦ Σωτῆρος συνελθεῖσι σάρκωσιν. Ἡ δὲ βλάβη ἐμπῶν, ἔχον ἐθνικὰς γυναῖκας, ζαμψὼν τὴν δαλιλά, ὑφ' ἧς ἀπατηθεὶς, καὶ τὸ ἁγιασμὸν τοῦ ναζηραίου διεφθάρη, καὶ ἐκτυφλωθεὶς ἀδόξως τελευτᾷ. Ζολομὼν τὴν τοῦ αἰγυπτίου θυγατέρα ἀγόμενος, καὶ μωαβίτιδας, καὶ ἀμμανίτιδας, Σύρας, καὶ ἰδουμαίας, χεταίας, καὶ ἀμορῤῥαίας.

niti mulieribus etiam ad Salvatoris incarnationem aliquid contulere. Reprehenſionem vero quod ethnicas conjuges duxiſſent incurrerunt, 1. Sampſon c) Delilam, a qua deceptus, ſanctimonia Nazaræi d) violata excœcatus eſt, atque inglorius obiit. 2. Solomon qui Ægyptii duxit filiam, e) nec non Moabitidas, & Ammonitidas, Syras f) & Idumæas, Chettæas & Amorrhæas.

ΚΕΦ. λη.

Τίνες πολλὰς ἤγαγον γυναῖκας.

Ἰακὼβ, δ, τὴν λίαν, ῥαχήλ, τὴν βαλλὰν, τὴν ζελφὰν, ἐξ ὧν καὶ παῖδες αὐτῷ γεγόνασι,

CAP. XXXVIII.

Quinam multas duxere uxores?

Jacob quatuor, g) Leam, Rachelem, Ballam & Zelpham e quibus & liberi nati ei

c) Judic. XVI.
d) id. XVI. 17. De lege autem Nazaræatus vide Numer. VI. 13. ſeq.
e) 3 Reg. XI. 1.
f) Sidonias. id.
g) Geneſ. XXIX. & XXX.

ιγ. γεδεὼν - - - ἐξ ὧν καὶ παῖδες τούτῳ γεγόνασιν, ο. δαβὶδ πλείους, ἢ, ι, τὴν ἀχιναάν, καὶ τὴν μελχὼλ, τὴν ἀβιγαΐλ, τὴν ἐγγὴθ, τὴν βιττάλ, τὴν αἰγλήν, τὴν βεθσαβεέ, καὶ ἄλλας, ἃς ἔλαβεν εἰς τὴν ἱερουσαλὴμ πλήρης τὴν βασιλείαν ἀπολαβὼν, ἐξ ὧν καὶ, ιγ, υἱοὺς ἐκτήσατο, ὧν γυναικῶν τὰ ὀνόματα οὐκ ἀναγέγραπτ). ἔσχε δὲ καὶ ἀβισσᾶ τὴν Σουναμίτιν τὴν θερμαίνουσαν αὐτὸν διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀπόψυξιν. ὁ δὲ Σολομῶν ἑπτακοσίας γυ-

ſunt tredecim. * Gedeon uxores multas h) ex quibus filii ei ſeptuaginta nati ſunt. David uxores plures quam decem, Achinaam i) & Melchol, k) Abigail, l) Engeth, m) Bittal, n) Æglen, o) Bethſabee, p) aliasque ** quas duxit Hieroſolymis cum regnum ad plenum ſuſcepiſſet, ex quibus & tredecim ſuſcepit filios quorum uxorum nomina non ſunt ſcripto tradita. Habuit etiam Abiſag Sunamitidem, quæ cum ob corporis frigus, calore foveret. Salomoni qui ſeptingen-

ναῖκες

* Supra, cap. 30.
h) Judic. VIII. 30.
i) 1 Sam. XXV. 43.
k) 1 Sam. XVIII. 27.
l) 1 Sam. XXV. 42.
m) *Haggith*, 2 Sam. III. 4. & 1 Paral. III. 2.
n) *Abital*. id.
o) 1 Paral. III. 5.
p) Mater Salomonis. 3 Reg I. 11.
** ut Maacha. 2 Sam. III. 3. & 1 Paral. III. 2.
q) 3 Reg. I.
r) 3 Reg. XI. 3.

ναῖκας, καὶ παλλακὰς, ἐσχηκώς, ἕνα μόνον υἱὸν, τὴν καὶ τῆς βασιλείας ἐγκρατῆ γεγενῆσθαι μὴ δυνάμενον, ἔσχηκεν, ἀπὸ Νααμὰ τῆς ἀμμανίτιδος ἢ, ὡς ἄλλη ἔκδοσις ἔχει, ἀπὸ θαμὰρ, θυγατρὸς ἀβεσσαλώμ.

tas conjuges & pellices trecentas habuit, unura tantummodo qui ne quidem regnum integrum assere sibi potuit, fuit filius ex Navane s) Ammonitide sive ut alia habet editio, ex Thamare t) filia Abessalonis.

ΚΕΦ. λθ.

Ὅσαι γυναῖκες τοὺς ἄνδρας διέφθειραν.

Εὔα τὴν ἀδὰμ ἀπατηθεῖσα καὶ αὐτὴ πρὸς τοῦ διαβόλου. δαλιλᾶ τὴν σαμψὼν ἀποξυρίσασα, καὶ δέσμιον τοῖς πολεμίοις παραδοῦσα, καὶ διὰ ταύτην ἀναιρούμενον, ἐκτυφλωθέντα πρότερον αἰσχρῶς. καὶ τοῦ λαοῦ δὲ τοῦ ἰσραηλιτικοῦ τὴν ἀναίρεσιν, αἱ τῶν ἀμορραίων ἐποιήσαντο γυναῖκες,

CAP. XXXIX.

Quænam mulieres viros suos perdiderunt?

1. Eva Adamum, u) decepta & ipsamet a Diabolo. 2. Delila x) Sampsonem radens & vinctum tradens hostibus, qui per eam adeo interfectus est, cum prius oculis fœde privatus fuisset. 3. Etiam populi Israëlitici cladem intulere Amorrhæorum mulieres y) a Deo ut defice-

s) 3 Reg. XIV. 21. Νααμά.
t) Hujus mentio. 2 Sam. XIV. 27.
u) Genes. III.
x) Judic. XVI.
y) Numer. XXV.

κ̃ γνώμην τ̃ μάντεως βαλαάμ, τὴν τῷ βαλὰκ εἰσηγηθεῖσαν, εἰς ἀπόστασιν αὐτοῦ ἐπαγαγομένων. ἡ αἰγυπτία, ἡ τ̃ ἀρχιμάγειρον τ̃ βασιλέως, μ̃ τὸ μὴ δύνηθῆναι τ̃ ἰωσὴφ ἀπατῆσαι, συμπείσασα, ὡς ἐπελθόντος αὐτῇ τ̃ ἰωσὴφ, καὶ ποιήσασα αὐτ̃ ἐγκατάκλειστον, τ̃ σώφρονα. ἡ τ̃ ἰὼβ γυνὴ ἐπιχειρῆσα πείθειν τ̃ εὐσεβέστατον ἰὼβ λαλεῖν ῥῆμα τι πρὸς Κύριον, ἀλλ᾽ ὀ δυνηθεῖσα διὰ τὸ ἰσχυρόγνωμον τ̃ εὐσεβῆς. οὕτω δὴ καὶ τ̃ σοφώτατον σολομῶντα γυναῖκες ἃς παρανόμως ἠγάγετο, εἰς τοῦ ναοὺς οἰκοδομεῖν, οἷς αὖτ δαίμοσιν ὡς θεοῖς ἐτίμων, ἀνέπεισαν. ἰεζάβελ τ̃

rent, eos abducentes, ex vatis Balaami sententia, qui hoc Balaco z) suaserat. 4. Ægyptia a) quæ principi coquorum Regis, cum Josephum non potuisset illicere, persuasit ac si Josephus ipsam sollicitasset, castumque illum fecit in carcerem includi. 5. Jobi uxor b) conata piissimo Jobo persuadere ut laxaret frena dicto adversus Dominum, licet efficere hoc ob pii hominis robur & constantiam non valuit. 6. Ita etiam sapientissimum Solomonem mulieres quas præter fas duxerat, c) impulerunt ut templa conderet quibus illæ Dæmones d) tanquam Deos colebant. 7. Jezabel A-

ἀχαὰβ

z) Numer. XXXI. 16.
a) Genes. XXXIX.
b) Job. II. 9.
c) 3 Reg. XI.
d) Astarten & Moloch. id. 5.

ἀχαὰβ τῇ ἀςάρτῃ θύειν ἠπάτησεν, καὶ τὸν προφήτην ἐκδιώκειν ἡλίαν, διὸ καὶ τετιμώρηνται γοθολία, ἡ τοῦ ἀχαὰβ καὶ τῆς ἰεζάβελ θυγάτηρ: τὸ τοῦ δαβὶδ γένος ἀφανίσαι, διὰ τὴν ἐπηκόων αὐτῆς μηχανωμένη. ἡρωδιὰς, τὴν ἡρώδην, φονεύειν τὸν βαπτιςὴν ἰωάννην, διὰ τῆς ἐυρύθμως ὀρχησαμένης τῆς ἑαυτῆς θυγατρὸς, ἐπαγαγομένη.

chaabum fraude induxit ut Astartæ e) sacra faceret & Eliam Prophetam f) persequeretur, propter quam rem etiam pœnas g) dedit. 8. Gotholia, h) Achaabi & Jezabelis filia quæ Davidis genus disperdere per eos, qui ipsi obsequebantur, machinata fuit. 9. Herodias i) quæ Herodem per filiam suam scite ad numerum saltantem, induxit ut Joannem baptistam interficeret.

ΚΕΦ. μ.

Ὅσαι γυναῖκες τοὺς ἄνδρας ἐυεργέτησαν, καὶ δ' ὧν ἔδρασαν, ἐυάρεςοι τῷ Θεῷ γεγόνασι.

Σάῤῥα πεισθεῖσα τῷ ἀβραὰμ, καὶ λέ-

CAP. XL.

Quænam mulieres bene erga maritos se gesserunt, & per ea quæ fecerunt Deo probatæ sunt?

Sarra uxor Abrahami, k) sororem se ipsi-

E 5 γοντα

e) Baal. 3 Reg. XVI. 31.
f) 3 Reg. XVII. 10.
g) 4 Reg. IX.
h) 4 Reg. XI. 1.
i) Matth. XIV.
k) Genes. XII.

γεσα ἀδελφὴν αὐτῆ ἔναι, καὶ τὰς ὑποθέσεις αὐτῆ, περὶ τὰς ἀφὰ τὸ κάλλος αὐτῆ ἐπηρείας. καὶ πάλιν προσκαλεῖσα αὐτὸν, συγγνέεσθαι τῇ παιδίσκῃ τῇ ἄγαρ, ἵνα κατασήσαιτο παιδίον, πρὸς τὸ μὴ ἐξ αὐτὴν στείραν ἔσαν, ἄπαιδον καὶ αὐτὴ ἀποθανεῖν.

us ſicut inter eos convenerat, profeſſa, quoniam propter pulchritudinem improbius appetebatur. Eademque ſuadens ei l) ut cum ancilla Agar concumberet, ſuſciperetque ex ea filium, ne dum ipſa erat ſterilis, ille improlis e vita excederet.

Ραχὴλ, καὶ λία, ὑπακέσασαι τῷ ἀνδρὶ, καὶ ἀκολεθέσαι αὐτῷ εἰς τὴν χαναναίαν, τὸ πατρῷον οἶκον καταλιμπάνεσαι.

Rahel & Lea m) marito obtemperantes, relictaque patria domo ſecutæ eum in Chananæam.

Ρεβέκκα δὲ ὁμοίως ἔτι μόνον ὀνομαθέντος ἀνδρὸς αὐτῆς, ἰσαὰκ πόθῳ κατέλιπε τὴν πατρῴαν ἑξίαν, καὶ πρὸς τὸν μνησῆρα ἐξανάγεται.

Rebecca quæ ſimiliter Iſaaci viri ejus vix nominati deſiderio patrium reliquit focum, atque ad procum n) digreſſa eſt.

Ἡ δὲ γεδεὼν γυνὴ, δείσαντα τὸ ἄνδρα τὴν δὲ

Uxor Manoë, o) quæ virum Angeli con-

ἀγγέ-

l) Geneſ. XVI.
m) Geneſ. XXIX.
n) Geneſ. XXIV. 58.
o) Judic. XIII, 23.

ἀγγέλε ἐπιφάνειαν, ῥώννυσιν ἀπὸ τ̃ θέες, πίσιν αὐλῶ τὴν ἀπὸ γνώμης ἐνιδεῖσα σωτήριον.

Μελχωὰλ, τ̃ δαβὶδ, ἀναιρεῖσθαι ὑπὸ τ̃ σαὰλ μέλλοντα, καθημώσασα διὰ θυρίδος, καὶ ὁρασμὸν αὐλῶ τ̃ ἀπὸ τ̃ φόνε ποιησαμένη.

Ἡ ἀβιγαὶλ, ἡ τ̃ ναβὰλ πανώλεθρον ἀναιρεῖσθαι μέλλοντα, τὸν δαβὶδ ἐξυβρίσαντα, ῥυσαμένη τ̃ διαφορᾶς διὰ τ̃ παρακλήσεως τ̃ πρὸς τὸν δαβὶδ, δώροις αὐτὸν ὑπὲρ τ̃ ἀνδρὸς ἐξευμενισαμένη.

ἡ δὲ τ̃ σολομῶνος μήτηρ ἡ βεθσαβεέ, ἡ κατὰ τὰς τ̃ προφήτε νάθαν ὑποθήκας, τὴν βασιλείαν τῶ ἰδίῳ ποιησαμένη, διδάξασα τὸν δαβὶδ τὰ τῶ ἀδωνίᾳ τολμημένα.

spectu territum confirmavit a metu, fidemque salutis ex Dei sententia ei fecit.

Melchol p) Davidem, cum Saul eum vellet interficere, demittens per fenestram, & fugæ copiam a cæde ipsi suppeditans.

Abigail q) quæ Nabalem perditum jam & interficiendum, quod Davidem ignominia affecisset, periculo eripuit obtestatione ad Davidem, donisque quibus animum ejus pro viro delinivit.

Bethsabee r) Salomonis mater, quæ secundum Prophetæ Nathanis præcepta regnum filio suo paravit, edocens Davidem quæ auderet Adonias.

Ῥαὰβ

p) 1 Sam. XIX. 12.
q) 1 Sam. XXV.
r) 3 Reg. I. 11. sq.

Ῥαὰβ δὲ διὰ πίστεως εὐδοκιμεῖ παρὰ τῷ Θεῷ, διασώζουσα τοὺς κατασκόπους, καὶ δι' ἄλλης ὁδοῦ ἑτέρας ἀπολύουσα, καὶ συνθήκας περὶ σωτηρίας πρὸς αὐτοὺς ποιουμένη.

Ῥοὺθ ἡ μωαβῖτις, ἡ τῆ ἐκυρᾶς, διὰ πόθον ἱεροῦ ἀχώριστος, καὶ εἰς ἐκκλησίαν Κυρίου καταταττομένη.

Καὶ ἡ γυνὴ, ἡ τὸν ἐναγέστατον ἀβιμέλεχ, τὸν δεινὰ κατὰ τοῦ λαοῦ ἐργασάμενον, μέγιστόν τι κατώρθωσε τῷ λαῷ, μίλου κλάσματι, ξύσον, ἐκ τοῦ τείχους, κατὰ τοῦ κρατοῦντος αὐτοῦ ἀπορριφέντι, ἀνελοῦσα.

καὶ ἡ τὸν σαβεὲ δὲ, τὸν τοῦ βοχορί, περιτειληφότα τὴν ἄβελ καλουμένην πόλιν, ἀπὸ τοῦ βασιλέως ἀποσάντα δα-

Raab per fidem probata Deo s) quæ exploratores ſervavit & per aliam viam t) eos dimiſit, & pacto cum illis inito de ſalute ſibi proſpexit.

Ruth Moabitis, a ſocru ſua u) per ſacrum deſiderium non paſſa ſe disjungi, atque accenſita Eccleſiæ Domini. x)

Mulier quæ deteſtabilem Abimelechum, gravia molitum adverſus populum, lapidis molaris fruſto immiſſo in caput ejus de muro interfecit, magnamque & egregiam rem populo præſtitit.

Mulier quæ Sabee filium Bochri, z) qui a Rege Davide defecerat civitatemque cui nomen Abel, præoccupa-

βιὸ,

s) Hebr. XI. 31.
t) Joſuæ II. 21.
u) Ruth. I. 14. ſeq.
x) Ruth. IV. 14.
y) Judic. IX. 52.
z) 2 Sam. XX.

βὶδ, ἀποκτείνασα, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, διὰ τοῦ τείχους τῷ ἰωὰβ ῥίψασα, καλὸν καὶ σοφὸν ἔργον ἐπεδείξατο, ὅλην πόλιν πολιορκίας ῥυσαμένη.

verat, interfecit, caputque ejus per murum ad Joabum projecit, facinusque edidit pulchrum sapiensque, atque integram civitatem obsidione liberavit.

Σοφὴ δὲ καὶ ἡ θεκοῦϊτις, ἡ τὸν ἀβέσσαλὼμ, τῆς φυγῆς, ὑπὸ τοῦ πατρὸς κληθῆναι ποιησαμένη ταῖς τοῦ ἰωὰβ ὑποθήκαις.

Sapiens mulier Thecuitis, a) quæ Abessalomum de fuga a Patre revocari fecit Joabi consilio.

Σαβὰ δὲ, ἡ τῶν αἰθιόπων βασιλὶς, τῆς σοφίας ἕνεκα σολομῶνος, εἰς τὴν ἰουδαίαν σταλεῖσα, ἐπὶ σοφίᾳ καὶ αὐτὴ δικαίαν ἀπηνέματο τιμήν.

Saba Regina b) Æthiopum, quæ propter sapientiam Salomonis in Judæam profecta est & ipsa meritum de sapientia honorem retulit.

Ἡ χήρα, ἡ ἐν σαρέφθοις τὸν ἡλίαν δεξιωσαμένη, ἐπὶ τιμῇ τῇ παρὰ Θεοῦ.

Vidua in Sarepthis, c) quæ hospitio excepit Eliam honoris apud Deum causa.

Ἡ γυνὴ ἡ σουναμίτις ἡ τὸν ἐλισσαῖον δεξιουμένη,

Mulier Sunamitis d) quæ suscepit Elisæ-

a) 2 Sam. XIV.
b) 3 Reg. X. adde Bocharti Phaleg. II. 26. & Observ. Hallens. T. V. p. 260. seq.
c) 3 Reg. XVII. 10. sq.
d) 4 Reg. IV.

νη, καὶ οἶκον αὐτῷ σχολαῖον εὐτρεπίσασα, μεγάλα καὶ τὸν ἄνδρα καὶ τὸν ἑαυτῆ οἶκον ὤνησεν, υἱόν τε γὰρ οὐ πρότερον ὄντα αὐτῇ, ἐκτήσατο, καὶ τοῦτον ἀποθανόντα, ζῶντα ἀπειλήφει.

Εν δὲ τῇ χάριτι τῇ κατὰ χριστὸν, τὴν τοῦ κόσμου σωτηρίαν, μαρία διηκονήσατο, γεννήσασα ἡμῖν σαρκὶ, τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν Κύριον ἡμῶν ἰησοῦν χριστόν.

Ελισάβετ, ἡ τοῦ ζαχαρίου γυνὴ, τὸν πρόδρομον τοῦ Κυρίου, ἰωάννην τὸν βαπτιστὴν συλλαβοῦσα, καὶ προφητεύειν ἠξίωται.

Τήν τε ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου αἱ τρεῖς μαρίαι πρῶται θεασάμεναι, τοῖς μαθηταῖς ἀπήγγελον.

Αλλὰ καὶ ἰωάννα ἡ τοῦ

um & domum ei quietam instruens plurimum & marito & toti domui suæ profuit, nam filium cum non habuisset nacta est, & hunc cum esset mortuus, vivum recepit.

Tempore Gratiæ in Christo, Mundi salutem Maria e) ministravit, peperit enim Jesum Christum unigenitum Dei filium Dominum nostrum.

Elisabeth Zachariæ uxor præcursorem Domini Joannem baptistam cum concepisset, etiam Prophetidis munere f) digna est habita.

Et resurrectionem Domini tres Mariæ g) primæ spectarunt, & discipulis nunciavere.

Sed & Joanna, h) ἐπι-

e) Matth. I. 25.
f) Luc. I. 42. seq.
g) Maria Mater Jesu cum Maria Magdalena & Maria Jacobi. Matth. XXVII. 56. Marc. XVI. 1.
h) Luc. XXIV. 10.

ἐπιτρόπου ἡρώδου γυνὴ μετὰ καὶ ἄλλων πιστοτάτων γυναικῶν ἀκολουθοῦσα τῷ Κυρίῳ, τὰ χρήματα ἐπιφερομένη κατηνάλου εἰς τὴν διακονίαν τῶν ἑπομένων τῷ Σωτῆρι.

procuratoris i) apud Herodem uxor cum aliis fidelibus mulieribus secuta Dominum, opes contulit, & ad ministrandum iis qui Salvatorem sequebantur, insumsit.

ΚΕΦ. μα.

Τίνες ἄνδρες ἐπὶ σοφίᾳ θαυμαστοὶ γεγόνασι.

CAP. XLI.

Quinam viri sapientia admirabili extitere.

Σὴμ καὶ ἰάφεθ, ὀπισθοφανεῖς ἐπιβαίνοντες, τὴν τοῦ πατρὸς καλύψαι γυμνότητα. ἰωσὴφ, τὰς καθ' ἑαυτὸν ὑποφέρων σοφῶς συμφορὰς, καὶ τὰ ὀνείρατα διαλύων, καὶ τὸν καιρὸν τῶν εὐφοριῶν καὶ τοῦ λιμοῦ πανσόφως οἰκονομῶν. βεσσελεὴλ ὁ τοῦ ὁρὶ καὶ ἐλιάβ ὁ τοῦ

Sem & Japheth qui facie aversa a) accesserunt, Parentis sui nuditatem contecturi. Josephus calamitates quæ ipsi accidebant b) ferens sapienter, & somnia explicans, c) temporaque fertilitatis & famis d) sapientissime administrans. Besseleel, filius Ori, & Eliab, e) filius Achi-

ἀχι-

i) Chuzæ Luc. VIII. 3.
a) Genes. IX. 22.
b) Genes. XXXVII. & XXXIX.
c) Genes. XL. & XLI.
d) Genes. XLI. 34. sq.
e) Exod. XXXI. 2. 6.

ἀχισαμαὰχ, οἱ τὴν ἱερὰν σκηνὴν ἐργασάμενοι. χρσί, ὁ τῦ δαβὶδ σύμβολ@., τὴν τῦ ἀχιτόφελ σοφίαν μεταχειρισάμεν@.. σολομῶν ὁ τῆ σοφίας χάρισμα κομισάμεν@.. οἱ υἱοὶ μαὲλ, αἰθὰν, καὶ ἐσρὰν, καὶ ἡμὰν, καὶ χάλχαλ, καὶ δαρδὰν, ὡὲὶ ὧν καὶ ἐν ταῖς βασιλείαις, ὡς σοφῶν, κ῍ τὰ τῦ σολομῶν@., μνήμη γίνεται. ἰωδαὲ ὁ ἀρχιερεὺς, ὁ τὴν γοθολίαν ἀποκτείνας, καὶ τὸν ἐκ τῦ δαβιδικῦ γένες ἰωὰς, σοφῶς εἰς βασιλείαν πεσαγαγών. Δανιὴλ, ὁ τὰ μυστικὰ τ῍ βασιλέων θεάματα ἀποκαλύψας, ὡὲὶ ὃ καὶ πρὸς τὸν διάβολον εἰρη-

samach, qui ſacrum tabernaculum conſtruxerunt. Chuſi, d) Davidis a conſiliis, qui Achitophelis ſapientiam evertit. Solomon, cui ſapientiæ donum e) obtigit. Filii Maul, Ætham, Eſram, Eman, Chalchal & Dardan, quorum in Regum libris f) tanquam ſapientum circa Salomonis tempora fit mentio. Jodaë Pontifex maximus, qui Gotholiam interfecit g) & Joaſum ex Davidica ſtirpe Regem ſapienter conſtituit. Daniel qui plenas myſterii Regum viſiones explanavit, h) de quo etiam ad Diabolum

τα,

d) 2 Sam. XVII. 7.
e) 3 Reg. III. 12.
f) 3 Reg. IV. 31. ubi Salomo traditur ſapientia enituiſſe ὑπὲρ Γαιθὰν τὸν Ζαρίτην καὶ Αἰνὰν καὶ τὸν χαλκαὸλ, καὶ Δαρδάλα, υἱὸς Μαὲλ.
g) 2 Sam. XI. 15. ſeq.
h) Dan. II. 27. ſq. id. IV. 19. ſq. V. 25.

ται, μὴ σὺ σοφώτερος εἶ ὁ Δανιήλ; ἔσδρας, ὁ τῶν ἱερῶν γραφῶν, μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος τῶν Ἰουδαϊκῶν λαῶν ἐπάνοδον, μνήμην ποιησάμενος.

dictum est, i) *tune sapientior es Daniele?* Esdras qui post populi Judaici de Babylone reversionem sacrarum litterarum k) (restituendarum) mentionem fecit.

ΚΕΦ. μβ.

Τίνες, διὰ σοφίαν γυναῖκες θαυμασταὶ γεγόνασι.

Θάμαρ, διὰ παιδογονίας τὸν ἰούδαν ζοφισαμένη. ῥεβέκκα, τῷ ἰακὼβ, ἵνα τὰς πατρὸς εὐλογίας, οἰκονομήσασα δοθῆναι, καὶ εἰς τὴν μεσοποταμίαν αὐτὸν, πρὸς τὴν ἑαυτῆς συγγένειαν ἐκπέμψασα, διὰ τὴν τοῦ ἠσαῦ μῆνιν. ἰωσαβὲλ

CAP. XLII.

Quænam fuere sapientia admirandæ mulieres?

Thamar quæ Judam a) ut filios ab eo conciperet decepit. Rebecca rem ita moderata ut benedictio Patris b) daretur Jacobo, eumque ad cognatos suos c) mittens in Mesopotamiam, ut Esavi iram effugeret.

i) Ezech. XXVIII. 3.

k) Nehem. VIII. 2. Fuere etiam qui traderent Esdram ex memoria Legem restituisse, ut notavi in Codice Pseud-epigrapho Vet. Test. p. 1156 sq. Sed illi sententiæ laudatus Nehemiæ locus perspicue adversatur.

a) Gen. XXXVIII. 13. seq.

b) Gen. XXVII. 6. sq.

c) id. 43.

σαβὲλ ἡ τ βασιλέως ἰωρὰμ θυγάτηρ, ἰωδαὲ δὲ τ ἀρχιερέως γυνὴ, κρύψασα ἰωὰς τ ὀχοζίε τ ἀδελφὸν αὐτ υἱὸν, ἵνα μὴ πρὸς τ γοδολίας ἀναιρεθῇ, καὶ φυλάξασα ἐις τὴν τ δαυϊτικῆς βασιλείας ἔκφανσιν. Ζοφὴ καὶ ἡ σωναμίτις, ἡ τὸν προφήτην ἐλισαῖον δεξιωσαμένη, τῇ τε τ οἰκίας παρασκευῇ, καὶ τῇ παρμονῇ, τῇ τ προφήτε.

Joſabel d) Regis Jorami filia, uxor Jodaë Pontificis maximi, quæ Joaſum fratris ſui Ochoziæ filium occultavit ne a Gotholia interficeretur, conſervavitque eum donec in Regiam Davidis ſucceſſionem palam eſt reſtitutus. Sapiens etiam Sunamitis e) quæ Prophetam Eliſæum domus ſuæ apparatu excepit, atque Prophetæ non deſiit inſiſtere f) (donec ſecum deſcenderet, filiumque vitæ reſtitueret.)

ΚΕΦ. μγ.

Τίνες διὰ δεινότητ γνώμενοι σοφοί, διὰ τ ἑαυτ σοφίας ἀπώλοντο.

Οἱ τὸν πύργον οἰκοδομεῖν ἕως ἀρανῦ βουλόμενοι, διελύοντο τῇ πολυ-

CAP. XLIII.

Quinam nimium ſapientes ſua ipſi perierunt ſapientia?

Turrim quæ ad cœlum usque pertingeret volentes exſtru-

d) 4 Reg. XI. 2. ἰωσαβεέ.
e) 4 Reg. IV. 10.
f) id. 30.

πολυφωνίᾳ. Φαραὼ κατασοφιζόμενος τὴν τοῦ λαοῦ ἀφθορὰν, καὶ κατέχειν εἰς δέλεας βελόμενος, συναπολλύμενος τῇ τοιαύτῃ ἐπιχειρήσει. ἀβιμέλεχ ὁ τοῦ γεδεὼν υἱὸς, σοφιζόμενος ἑαυτῷ τὴν ἀρχὴν περιποιήσασθαι, καὶ σὺν, ο, ἀδελφοὺς φονεύσας: ὑπὸ γυναικὸς ὡς κύων ἀναιρούμενος. σαοὺλ μηχανώμενος τὴν τοῦ δαβὶδ ἀναίρεσιν, καὶ τὸν δόρυ καθ' αὑτοῦ βάλλων, ὑπὸ τοῦ ἰδίου ξίφους διολλύμενος. ἀχιτόφελ δεινὰ σοφιζόμενος, καὶ ψευδοκμηθεὶς πρὸς τὸν ἀβεσαλὼμ, ὑπὸ τοῦ χεσὴ ἀγχόνῃ χρησάμενος. οἱ τὸν δανιὴλ συσκευασάμενοι, τοῖς λέ-

ere, a) linguarum multiplicitate distracti sunt. Pharao populi Judaici exitium callide moliens b) cupiensque eos servos sibi retinere, in illo conatu cum suis periit. Abimelech c) Gedeonis F. qui cupiens astuto consilio vindicare sibi principatum, septuaginta fratribus ideo interfectis, perinde ut canis occisus est a muliere. Saul qui Davidi machinatus necem, d) hastam in ipsum jecit & suo ipse gladio interiit. Achitophel qui astutum speculatus consilium e) sed Abessaloni propter Chusium minus probatus, laqueo vitam sibi finiit. Qui Danielem objice-

a) Genes. XI.
b) Exod. XIV.
c) Judic. IX.
d) 1 Sam. XVIII. 10. & XXXI, 4.
e) 2 Sam. XVII, 23.

σιν ἐκδοθῆναι, αὐλοὶ τοῖς θηλείοις ἐκδοθέντες. καὶ ἔτι πρότερον, οἱ τῦ ἰωσὴφ ἀδελφοὶ, ἀφανίζειν αὐτῦ τὴν ἐκ τῶν ὀνειράτων ἔνδοξον προσδοκίαν σοφισάμενοι, ὑπὸ τὴν κρίσιν αὐτῦ, περὶ τῦ παντὸς, ἔκειντο.

re leonibus f) parārunt, & ipſi beſtiis illis lacerandi traditi ſunt. Et diu ante, fratres Joſephi g) qui cum propter ipſius ſomnia vellent ipſum ſpecioſa fraude excogitata de medio tollere, illius deinde judicio ſe totamque ſalutem ſuam obnoxiam habuerunt.

ΚΕΦ. μδ.

Τίνες ἐπικρύψει τ ἀληθείας σοφοὶ, σωτηρίαν ἔυρεαντο.

CAP. XLIV.

Quinam in occultanda veritate ſapientes, bene ſibi conſuluere?

Ἀβραὰμ ἀδελφὴν ἑαυτῦ λέγων εἶναι τὴν σάῤῥαν, ἵνα μὴ ὑπὸ τ αἰγυπτίων, δι' αὐτὴν ἀναιρεθῇ. Μωϋσῆς πρὸς τ αἰγύπτιον λέγων, τριῶν ἡμερῶν τὸν λαὸν, ἐπὶ τὴν θεῦ λατρείαν ἀπάξειν. σαμυὴλ, χρί-

Abraam profeſſus Sarram eſſe ſuam ſororem, a) ne illius cauſa ab Ægyptiis interficeretur. Moyſes b) Ægypti Regi ajens populum ſe per iter tridui deducturum ad cultum Deo præſtandum. Samuel Davi-

ων

f) Daniel. VI.
g) Geneſ. XXXVII. & XLIII. ſeq.
a) Geneſ. XX. 2, 12. ita & Iſaacus, id. XXVI. 7.
b) Exod. V. 3.

ων τὸν δαβὶδ εἰς βασιλέα, ὅτι θυσίαν φάσκων, εἰς τὴν βηθλεὲμ ἀφικνεῖσθαι. ἰωνάθαν λέγων πρὸς τὸν ἑαυτῦ πατέρα τὸν σαοὺλ, περὶ τῦ δαβὶδ, ὡς ὑπ' αὐτῦ ᾠδηκληθεὶς, εἴη, εἰς τὴν βηθλεὲμ ἀπιέναι. ὁ δαβὶδ φεύγων τὸν σαοὺλ, πρὸς τὸν ἱερέα τὸν ἀβιμέλεχ φάσκων, ὡς ὑπὸ τῦ βασιλέως ἀπεσταλμένος εἴη, ὅτι ἡ πρᾶγμα προσῆκον αὐτῷ. καὶ πρὸς τὸν ἀλλόφυλον ἐλθὼν, δείσας, μὴ ὡς στρατηγὸς ὢν τῦ λαῦ ἀποθάνῃ, μανίαν ἐσκήψατο, πρᾶγμα προσβαλλόμενος ἐκ ἀληθές, ἀλλ' σωτηρίαν. καὶ μελχὼλ δὲ, τῦ πατρὸς ἐπαγαναικτοῦντος αὐτῇ ἀλλ' τὴν λῦ δαβὶδ ἀπόλυσιν, ἀναιρεῖσθαι λέγε-

dem uncturus in Regem & cauſſatus ſacrificii celebrandi gratia Bethlehemum ſe veniſſe. Jonathan ad patrem ſuum Saulem dicens de Davide d) quod a ſe impetraverit veniam Bethlehemum proficiſcendi. David cum Saulem fugeret, Abimelecho e) Sacerdoti ajens miſſum ſe a Rege de negotio ad eum pertinente. Et ad Philiſtæorum Regem f) delatus metuensque ne utpote dux populi interficeretur, furere ſe aſſimilavit, rem minime veram fingens ut ſalvus evaderet. Melchol g) indignante Saule patre, quod Davidem dimiſiſſet, cauſſata eſt mortem illum

c) 1 Sam. XVI. 2.
d) 1 Sam. XX. 6.
e) 1 Sam. XXI. 2. אחימלך
f) Achis, 1 Sam. XXI. 13.
g) 1 Sam. XIX. 17.

σα πρὸς αὐτὸν εἰ μὴ τοῦτο πεποιήκει.

comminatum sibi, ni hoc feciſſet.

ΚΕΦ. με.

Τίνες δὲ δόλῳ, δικαιοσύνης ἔργα διεπράξαντο.

CAP. XLV.

Quinam per dolum opera juſtitiæ conſentanea peregerunt?

Αὼδ ὁ κριτὴς, τὸν αἰγλὼμ, τὸν τῶν μωαβιτῶν βασιλέα, ὡς ὑπήκοον, πρὸς αὐτὸν μετὰ δώρων ἐλθὼν, ἀνελὼν δόλῳ. Ἰαὴλ ἡ τοῦ κιναίου γαβὲρ γυνὴ, τὸν σισάραν φεύγοντα, φιλοφρόνως δεχομένη, καὶ γάλακτι πολίζουσα, κατακοιμήσασά τε, τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ τελευταῖον παασάλῳ διελάσασα.

1. Aod judex, Æglomum a) Moabitarum Regem tanquam ipſi ſubditus ad eum cum donis accedens, doloque eum interficiens. 2. Jaël Kinæi Gaberis uxor b) Siſaram fugientem benevole excipiens potansque lacte & ad ſomnum componens, caput denique ipſius clavo transfigens.

ΚΕΦ. μς.

Τίνες προφήματι χρησότητος, ἢ εὐσεβείας, θάνατον κατειργάσαντο.

CAP. XLVI.

Quinam bonitatis prætextu vel pietatis mortem intulere?

Πρῶτος ὁ ὄφις, τὴν ἐὔαν δόλῳ χρησό-

Primus ſerpens c) qui Evæ bonis verbis τητος

a) Judic. III. 21. b) id. IV. 21. c) Gen. III.

τητος ἔπεισεν, ἐφάπτεσθαι τοῦ τῆς γνώσεως φυτοῦ, ὡς θεῶν γινομένων εἰ φάγοιεν, καὶ διὰ ταύτης, εἰς θάνατον ἐνέβαλε. Κάϊν, τὸν ἀδελφὸν φιλοφρόνως ὡς εἰς ἑώρησιν προτρεπόμενος, διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον φάμενος, οὕτως ἀναιρῶν. ἡ ἰεζάβελ προχήματι νηστείας, Θεῷ προσαγομένης, ὑπὲρ τοῦ βασιλέως, τὸν ναβουθαὶ συκοφαντοῦσα. ὁ ἰσμαὴλ, φιλίας προχήματι πρὸς τὸν προστάτην τοῦ ὑπολειφθέντος εἰς τὴν ἱερουσαλὴμ λαοῦ, τὸν γοδολίαν, παραγενόμενος, καὶ τοῦτον οὕτως ἀνελών.

persuasit ut arborem scientiæ contingerent, veluti Dii futuri essent si de illa vescerentur, atque per hoc in mortem eos præcipitavit. 2. Cain fratrem amice velut ad considerandum cœlum invitans dicensque ad eum, d) *exeamus in campum*, atque ita interficiens. 3. Jezabel obtentu jejunii Deo pro Rege offerendi e) Nabathæum opprimens calumnia. 4. Ismaël simulatione amicitiæ f) ad Godoliam, populi in Jerusalem relicti præfectum accedens, eumque ita interficiens.

ΚΕΦ. μζ.

Τίνες δίκαιοι ἀνηρέθησαν.

Ζαχαρίας ὁ τοῦ ἀρχιερέως ἰωδαὲ υἱὸς,

CAP. XLVII.

Quinam justi obtruncati sunt?

Zacharias Pontificis maximi Jodaë fili-

d) Genes. IV. 8.
e) 3 Reg. XXI. 9.
f) 4 Reg. XXV. 25.

ἐπιπλήττων δυσεβοῦντι τῷ ἰωᾶς, λιθόλευστος ἀναμέσον τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου ἀναιρεῖ[g]. οὐρίας ὁ προφήτης, φεύγων τὰς ἀπειλὰς τοῦ λαοῦ, ἐπείπερ παρήνει μὴ δυσέβειν, κληθεὶς ἀπὸ τῆς αἰγύπτου, εἰς τὴν ἱερουσαλὴμ, ἐφονεύετο. Ναβουθαὶ ὁ ἰεζραηλίτης τὸν ἑαυτοῦ πατρικὸν ἀμπελῶνα μὴ βουληθεὶς δοῦναι τῷ ἀχαάβ, ὑπὸ τῆς ἰεζάβελ συκοφαντούμενος, λίθοις βαλλόμενος ἀνήρητο. γοδολίας, ὁ τοῦ λαοῦ μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν προϊστάμενος, ὑπὸ ἰσμαήλου διὰ τὸ εἶναι προστάτην ἀνήρητο. ἡσαΐας ὁ προφήτης ὑπὸ μανασσῆ ἐπρίσθη (ὡς ἡ παράδοσις

us g) cum impium Joasum objurgasset, lapidibus obrutus inter templum & altare obtruncatur. 2. Urias propheta h) minas populi fugiens, quandoquidem eos ab impietate dehortatus fuerat, sed vocatus ex Ægypto Hierosolymam, interfectus est. 3. Nabuthæus Jesraëlites i) cum vineam a patre sibi relictam nollet Achaabo dare, a Jezabele circumventus calumniis & lapidibus obrutus, peremtusque est. 4. Godolias k) populo post captivitatem præpositus, ideo quod præfectum se gereret, ab Ismaële est interfectus. 5. Esaias Propheta a Manasse l) ἔχει,

g) 2 Paralip. XXIV. 20. 22. Matth. XXIII. 35.
h) Jerem XXVI. 23.
i) 3 Reg. XXI.
k) 4 Reg. XXV. 25.
l) Idem præter scriptores in Codice pseudo-grapho Vet. Test.

ἔχαι, ἔτε γὰρ ἡ γραφὴ ἔτο ἔφησεν.) Ἰούδας ὁ μακκαβαῖος, καὶ οἱ ἀσαμοναίου παῖδες, ὑπὸ ἀντιόχου τοῦ ἐπιφανοῦς, ἐπ' ἐυνομίᾳ δεινῶς αἰκισθέντες ἀνηρέθησαν. Ἰάκωβος ὁ ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου ὁ λεγόμενος τὴν ὑπερβάλλουσαν δικαιοσύνην, δικαιοκληθεὶς, ὑπὸ τοῦ λαοῦ ἀνηρέθη.

ferra diviſus eſt ut habet traditio, neque enim Scriptura m) hoc affirmat. 6. Judas Maccabæus n) & Aſamonæi filii ab Antiocho Epiphane ob accuratam Legis Divinæ obſervationem graviter afflicti & interfecti ſunt. 7. Jacobus Domini frater o) propter abundantem virtutem juſti appellatus nomine, a populo obtruncatus fuit.

Teſt. pag. 1088 ſeq. laudatos tradunt Hippolytus de antichriſto cap. 30. & Joannes Antiochenus in excerptis Peireſc. pag. 786.

m) Alludere tamen ad hoc videtur Origeni & aliis Paulus Apoſtolus Hebr. XI. 37. quando uſus vocabulo ἐπρίσθησαν.

n) 1 Maccab IX. 18. Et apud Flavium Joſephum XII. 19. traditur de Judæ Maccabæi nece, qui in prælio adverſus Bacchidem a Demetrio Seleuci filio miſſum occubuit: ſed tunc Antiochus Epiphanes jam obierat, primus ille auctor bellorum & perſecutionum in Judæos, de quo 2 Maccab. & 1 Macc. I. ſeq.

o) De Jacobi minoris nece confer ſi placet quæ notavi in Codice Apocrypho Nov. Teſt. p. 605. ſq. & in parte tertia pag. 582. ſq.

ΚΕΦ. μη.

Τίνες ἀδελφοὺς ἀπέκτειναν.

Κάϊν, τὸν ἄβελ. ἀβιμέλεχ ὁ τοῦ γεδεὼν υἱὸς, τοῦ ο. ἀβεσσαλὼμ, τὸν ἀμνών. Σολομὼν, τὸν ἀδωνίαν. ἰωρὰμ ὁ τοῦ ἰωσαφὰτ υἱὸς τοῦ, ε, ἀδελφοὺς αὐτοῦ.

CAP. XLVIII.

Quinam fratum fuere interfectores?

Cain p) interfecit Abelem. Abimelech q) Gedeonis F. fratres ſeptuaginta. Abeſſalomus r) Amnonem. Salomon s) Adoniam. Joram t) Joſaphati F. quinque fratres ſuos.

ΚΕΦ. μθ.

Τίνες παρὰ τὸ δοκοῦν τῷ θεῷ χρηστευσάμενοι, ἀναιροῦνται.

Σαοὺλ, μὴ ἀποκτείνας ἄγαγ τὸν τοῦ ἀμαλὴκ βασιλέα, προσταχθεὶς πανώλεθρον αὐτὸν διαφθεῖραι, ἀλλὰ φεισάμενος αὐτοῦ, παρὰ τὸ δοκοῦν τῷ Θεῷ, κατακρίνεται ὑπὸ τοῦ προφήτου

CAP. XLIX.

Quinam contra officium uſi miſericordia, perierunt?

Saul cum non interfeciſſet Agagem Amaleci F. Regem u) juſſus funditus exſtirpare, ſed illi contra Dei voluntatem pepercisſet, a Propheta Samuele dejectionis a

σα-

p) Geneſ. IV. 8.
q) Judic. IX. 5.
r) 3 Reg. XIII. 28.
s) 3 Reg. II. 25.
t) 2 Paral. XXI. 4.
u) 1 Sam. XV.

σαμαήλ, τὴν καθαίρεσιν τ βασιλείας. ἀχαὰβ, ϖ̃ρ̃ὸς ναβὼθ τ̃ ἕ ἄνδρ ἡόν, βασιλέα συρίας εἰς ἀναίρεσιν, ϖ̃ρ̃ὸ τὴν ἕ θεῦ βουλὴν ἐλεεῖ, τ̃ ἐκδοθέντα αὐτῷ εἰς θάνατον, καταφρονητὴν γεγονότα ἕ θεῦ ἰσραὴλ, διόπερ αὐλὸς ἐξεδόθη τῇ παγγλυκεῖ ϕθορᾷ. ὁ κελευσθεὶς ὑπὸ ἕ προφήτ, πατάσσειν αὐτ, εἰς ἔλεγχον τ ἕ ἀχαὰβ ἀνηκόου, ἕ θεῦ φιλανθρωπίας, ἢ μὴ παιδάξας, λέοντι ϖ̃ρ̃οσπίπτειν ἀκύρει, ϕ̃ρ̃ὸ τὴν ϖ̃ρ̃ὸς κὴν, τῷ θηρίῳ, καὶ ἥττω ϖ̃ρ̃οσπεσὼν κ τὴν ὁδὸν, ὑπ' αὐτ καὶ ἀναιρεῖται. ὁ προφήτης ὑπὸ ἕ ἱεροβοὰμ εἰς τὴν βεθὴλ ἀποσταλεὶς, ϖ̃ρ̃ολέγειν τὴν τ̃ ψευδοπροφητ̃ ἐσομένην ϑπὶ ἕ θυ-

regno damnatur. Achab cum Aderis filium x) Regem Syriæ internecioni dandum cepisset, contra Dei consilium ei miseretur, qui contemtor Dei Israëlis fuerat atque interficiendus Achaabo traditus erat, ideoque ipse cum tota stirpe sua datus exitio fuit. Jussus a Propheta y) percutere ipsum ad revincendam Achaabi inobedientiam benignitati amantis homines Dei præstitam, audit se propter denegatum obsequium leoni bestiæ objiciendum, eique in via objectus ab eo interficitur. Propheta z) a Jeroboamo missus in Bethel, futuram super altari crematione Pseudoprophetarum prædictu-

σια-

x) Benhadad 3 Reg. XX.
z) 3 Reg. XIII.

y) 3 Reg. XX, 35. sq.

σιασηλίε κατάκαυσιν, καὶ κελευθεὶς εἰς τὴν τῶν Ἰσραηλ μὴ ἐσιαθῆναι χώραν, παρακεσθεὶς ὑπὸ λέοντος θηλίε κτ τὴν ὁδὸν ἐφονέυετο.

rus, prohibitusque in Iſraëlitica regione pati ſe excipi convivio, non obediit; pſeudoprophetæ humanitate perſuaſus a) & a leone beſtia in via obtruncatus eſt.

ΚΕΦ. ν.

Τίνες μισθὸν δικαιοσύνης τὸ ἀποθανεῖν ἐκομίσαντο, καὶ τίνες δι' ἀσεβείας ἐπεβίωσαν.

Ὁ τοῦ ἱεροβοὰμ βασιλέως υἱὸς, νέος ὢν ἀποθνήσκει, ἐπειδὴ εὑρέθη ῥῆμα ἀγαθὸν ἐν αὐτῷ, πρὸς Κυρίε, ὡς ἀχίας ὁ προφήτης, πρὸς ἀνὼ τὴν μητέρα αὐτοῦ, περὶ τ ζωῆς αὐτοῦ ἐρωτῶσαν, ἔφη. ἰωσίας εὐσεβήσας ὁ βασιλεὺς, ὑπὸ δικαιοσύνη ἀποθνήσκει, ἀκούσας πρὸς τ προφήτιδος ὀλδῆς, Ἰά-

CAP. L.

Quinam mercedem juſtitiæ retulerunt mortem & quinam propter impietatem in vita manſere?

Regis Jeroboami filius obit juvenis, b) quoniam Dominus in eo bonum reperit, ut Achias Propheta ad Ano matrem ejus de vita filii ſciſcitantem dixit. Joſias pius Rex, propter juſtitiam moritur auditis ex Prophetide Olda verbis: c) Hæc ait

δε

a) 3 Reg. XIII. 18. ſeq.
b) 3 Reg. XIV.
c) 4 Reg. XXII.

δε λέγε Κύριος, ἰδὲ ἐγὼ προστίθημί σε πρὸς τοὺς πατέρας σε, καὶ προστεθείσῃ ἐν εἰρήνῃ, ἵνα μὴ ἴδωσιν οἱ ὀφθαλμοί σε πάντα τὰ κακὰ, ἃ ἐγὼ ἐπάγω ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον, καὶ πάντα τὸν λαόν.

Dominus: *Ecce ego colligam te ad patres tuos, & adjungeris in pace, ne videant oculi tui omnia mala quæ ego adduco super locum hunc, & totum populum.*

Κάϊν ἵνα εἰς ἑβδόμην γενεὰν, - - τὴν τῆς ἀδελφοκτονίας. καὶ τὰ χαναναίων ἔθνη ἵνα πληρωθῶσιν αὐτῶν αἱ ἁμαρτίαι.

Cain superstes mansit d) ut in septimam generationem daret pœnas fratricidii. * Chananæorum gentes, e) ut ipsorum peccata implerentur.

ΚΕΦ. να.

Τίνες ἐ νοσήσαντες, ἀποθνήσκειν ἐκελεύοντο.

CAP. LI.

Quinam sunt quibus non ægrotantibus injunctum fuit mori?

Ἀαρὼν, εἰς τὸ ὄρος ἀνελθεῖν κελευόμενος, ἵνα ἀποθάνῃ. μωϋσῆς, ἀνάβηθι εἰς τὸ ὄ-

1. Aaron, qui jussus est ascendere in montem a) ibi moriturus. 2. Moses, a quo

ρος

d) Genes. IV. 15.
* Lacuna hoc loco in Manuscripto Græco Codice.
e) Judic. I. & III. 1. seq. Jos. XVII. 13.
a) Montem Hor, Num. XX. 25.

ρῶν ναβαῦ, καὶ τελεύτα, ἀκέων. Δανιὴλ, ἀκέων παρὰ τὸ ἀγγέλε, καὶ σὺ βάδιζε καὶ ἀναπάυε, καὶ ἀναπάυσῃ, καὶ ἀναστήσῃ εἰς τὴν δόξαν σε, εἰς πρεσθεσμίαν ἡμερῶν. Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστής.

audita vox: b) *Ascende in montem Nabau & morere.* 3. Daniel, qui ex angelo audiit verba: c) *Etiam tu abi ac quiesce. Et quiesces & resurges in gloriam tuam præfinito tempore.* 4. Joannes Evangelista. d)

ΚΕΦ. νϚ.

Τίνες τ̃ ἁγίων, τυφλοὶ τὴν ὅρασιν γεγονότες, ἀπέθανον.

Ἰσαὰκ. Ἰακὼβ. ἠλεῖ ὁ ἱερεὺς. ἀχίας ὁ προφήτης ὁ σιλωνίτης.

CAP. LII.

Quinam sancti oculis capti diem obierunt?

Isaacus, a) Jacobus, b) Eli c) sacerdos, Achias d) Propheta Silonites.

ΚΕΦ. νγ.

Τίνες διέμειναν, καὶ ἐκ ἀπέθανον.

Ἐνὼχ, ἐν ἑβδόμῃ γενεᾷ τῇ ἀπὸ τ̃ ἀδάμ,

CAP. LIII.

Quinam superstites manserè & non sunt mortui?

Enoch e) septima ab Adamo generatio-

μετε-

b) Deut. XXXII. 49. 50. c) Dan. XII. 13.
d) De hac traditione dixi in Codice Apocrypho N. Test. notis ad lib. V. Abdiæ cap. ult. p. 589. sq.
a) Gen. XXVII. 1. b) id. XLVIII. 10.
c) 1 Sam. IV. 15. d) 3 Reg. XIV. 4.
e) Hebr. XI. 5. Gen. V. 24.

μετετέθη. καὶ οὐχ' εὑρίσκετο. ἡλίας, ἐν ἅρματι πυρὸς, ἀναληφθεὶς ὡς εἰς τὸν οὐρανόν. τοῦ δὲ μελχισεδὲκ θάνατος οὐ γέγραπται, ἐπεὶ μηδὲ γέννησις, τέθνηκε γοῦν ἐπειδὴ καὶ γεγέννηται, διὰ δὲ τὸ, τύπον αὐτὸν εἶναι τῆς ἀρχιερωσύνης χριστοῦ, οὐκ ἀναγέγραπται.

ne f) translatus & non repertus est. Elias g) curru igneo, susceptus in cœlum. Melchisedeci vero mors perinde ut nativitas ejusdem h) scripta non est: mortuus est igitur, siquidem & natus, mors vero ejus, quoniam summi sacerdotii Christi typus i) extitit, scripto non est consignata.

ΚΕΦ. νδ.

Τίνες ἀποθανόντες ἀνέζησαν.

Ὁ τῆς χήρας τῆς σαραφθινῆς υἱὸς ὑπὸ ἡλιοῦ τοῦ προφήτου. ὁ τῆς σουναμίτιδος υἱὸς ὃν ἐλισσαῖος ἀνέστησεν. ὁ ἐκκομιζόμενος, καὶ διὰ τὴν ἔφοδον τῶν λῃστῶν,

CAP. LIV.

Quinam mortui revixere?

Viduæ Sarephtinæ filius k) ab Elia Propheta suscitatus. 2. Filius Sunamitidis l) quem Elisæus in vitam revocavit. 3. Homo qui sepeliendus efferebatur, & metuentibus δει-

f) Judæ 14.
g) 4 Reg. II. 11.
h) Inde ἀπάτωρ, ἀγενεαλόγητος, Hebr. VII. 3.
i) Psal. CX. 4. Hebr. VII. 17.
k) 3 Reg. XVII. 22.
l) 4 Reg. XIII. 21.

δεισάντων τῶν ἐκκομιζόντων, ἐπιῤῥιφεὶς τῷ τοῦ ἐλισσαίου μνήματι, ἀναστὰς καὶ πεφευγὼς μετὰ τῶν καταῤῥιψάντων αὐτόν. ὑπὸ δὲ τοῦ Σωτῆρος τρεῖς ἀνέστησαν νεκροὶ. ἡ τοῦ ἰαήρου θυγάτηρ ἡ δωδεκαετής. ὁ τῆς χήρας μονογενὴς υἱὸς, ἐκκομιζόμενος πρὸς αὐτὸ τὸ μνῆμα. λάζαρος τετραήμερος ὀδωδὼς, ἀπὸ τοῦ μνήματος κληθείς. τρεῖς ἐν τῇ παλαιᾷ, τρεῖς ἐν τῇ νέᾳ. καὶ διὰ τῶν ἀποστόλων, ἡ δορκὰς ἐν ἰόππῃ, ὑπὸ πέτρου. εὔτυχος, ὑπὸ παύλου, ἐν τρωάδι.

portitoribus propter latronum incursionem, projectus in Elisæi monumentum, m) surrexit & cum iis qui eum abjecerant profugit. A Salvatore autem tres mortui resuscitati sunt. 1. Jairi filia n) duodecim annos nata. 2. Unigenitus filius Viduæ o) qui ipsam jam ad sepulturam efferebatur. 3. Lazarus quatriduanus p) & olens, * ex sepulchro vocatus in vitam. Tres adeo in veteri, tres in Novo Testamento. Et per Apostolos 1. Dorcas q) in Joppe a Petro, & 2) Troade a Paulo r) Eutychus.

ΚΕΦ.

m) 4 Reg. XIII. 21.
n) Marc. V. 41. & Luc. VIII. 54.
o) Luc. VII. 14.
p) Joh. XI. 43.
q) Actor. IX. 40.
r) Actor. XX. 10.

* id. 39.

ΚΕΦ. νε.

Τίνες γύναι τετόκασι.

Σάρρα ἡ τοῦ ἀβραὰμ γυνὴ, τὸν ἰσαὰκ γεννήσασα. ῥεβέκκα, ἡ τοῦ ἰσαὰκ γυνὴ, δύο διδύμους, τὸν ἠσαῦ, καὶ τὸν ἰακὼβ, γεννήσασα. ῥαχὴλ ἡ τοῦ ἰακὼβ ἡ τὸν ἰωσὴφ, καὶ τὸν βενιαμὶν, γεννήσασα. ἄννα ἡ τοῦ ἑλκανᾶ, ἡ τὸν προφήτην σαμουὴλ γεννήσασα. ἡ σωναμῖτις, ἡ παρὰ τοῦ ἐλισσαιὲ λαβοῦσα τὸν υἱὸν, καὶ ἀποθανόντα αὖθις λαβοῦσα. ἐλισάβετ ἡ ζαχαρίου γυνὴ, ἡ τὸν βαπτιστὴν ἰωάννην γεννήσασα.

CAP. LV.

Quænam fœminæ cum essent, pepererunt?

Sarra uxor Abraami: s) quæ Isaacum peperit. Rebecca t) Isaaci uxor quæ peperit geminos, Esauum, Jacobumque. Rahel u) uxor Jacobi quæ Josephum & Benjaminum. Anna x) uxor Elcana, quæ peperit Samuelem Prophetam. Sunamitis y) quæ ab Elisæo Propheta & nacta est filium, & mortuum iterum recepit. Elisabet uxor Zachariæ z) quæ Joannem Baptistam peperit.

ΚΕΦ.

s) Genes. XXI.
t) Genes. XXV. 21. seq.
u) Genes. XXX. 22. sq. & XXXV. 16. 17.
x) 1 Sam. I.
y) 4 Reg. IV.
z) Luc. I. 57.

ΚΕΦ. νς.

Τίνες πατέρα ἠτίμασαν.

Χὰμ, τὴν νῶε, τὴν γύμνωσιν αὐτοῦ, τοῖς ἀδελφοῖς ἐξαγγείλας. ἠσαῦ, ὃς τὴν ἐκ πατρὸς γνώμην, γυναῖκας χαναναίας ἀγαγόμενος. ἀβεσαλὼμ, ἐπαρθεὶς κατὰ δαβὶδ, καὶ πολεμῶν αὐτῷ, καὶ τὰς γυναῖκας αὐτοῦ μιάνας. ἀδωνίας, αὐτοχειροτόνητον ἑαυτὸν βασιλέα, ὃς τὴν ἐκ πατρὸς γνώμην, ἀναδεῖξαι πειραθείς.

CAP. LVI.

Quinam patrem dehonorarunt?

1. Chamus Noëmum, a) nuditate ejus fratribus enunciata. 2. Esau quum præter sententiam patris b) duxit uxores Chananæas. 3. Abessalom, insurgens adversus Davidem c) ipsique bellum inferens & ejus d) polluens uxores. 4. Adonias qui contra sententiam Patris suo se creatum suffragio Regem e) venditare instituit.

ΚΕΦ. νζ.

Τίνες ἀλαζονευσάμενοι κατηνέχθησαν.

Οἱ εἰς ἐρημον διήκοντα βεληθέντες

CAP. LVII.

Quinam propter arrogantiam eversi sunt?

1. Qui turrem conati exstruere per-

a) Genes. IX. 22.
b) Genes. XXVI. 34.
c) 2 Sam. XV. seq.
d) Id. XVI. 22.
e) 3 Reg. I. 5. seq.

οἰκοδομεῖν πῦργον, τῇ πολυγλώσσῳ διασχισθέντες φωνῇ. Φαραὼ, ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει θρασυνόμενος, καὶ λέγων, τὸν θεὸν οὐκ ἐπίσταμαι, καὶ τὸν λαὸν οὐκ ἀποστέλλω, μετὰ τὰς δέκα πληγὰς, ὑπὸ βυθὸν παντρατιᾷ καλυπτόμενος. Ῥοβοὰμ καταφρονήσας τοῦ λαοῦ, καὶ μείζω τοῦ Σολομῶνος τοῦ ἑαυτοῦ πατρὸς, θελήσας φρονεῖν, τῆς πατρικῆς ἐξέπεσεν ἀρχῆς. γολιὰθ μέγα φρονήσας, κατὰ παρατάξεως ὅλης τοῦ ἱεροῦ λαοῦ, ὡς κύων, λίθῳ νεανίου, βάλλοντος αὐτὸν, κατέπεσεν. ἀβεσσαλὼμ ἐπὶ κόμῃ, καὶ ἀδωνίας ἐπὶ κάλλει ἐπαρθέντες, ἀτίμωτον ἑαυτοῖς βίον κατέστρεψαν. ὁ τῶν βαβυλωνίων βασιλεὺς σεν-

tingentem ad cœlum usque, in voces multilingues a) ſunt diſciſſi. 2. Pharao ſua potentia elatus, *Deum*, inquit, *non novi*, b) *& populum non dimittam.* Hic poſt decem plagas, cum toto exercitu c) in abyſſo demerſus eſt. 3. Roboam, qui aſpernatus populum, & plus patre ſuo Salomone volens ſapere, paterno principatu excidit. 4. Goliath qui magno tumens ſpiritu, in totius aciei ſacri populi conſpectu, tanquam canis lapide juvenis d) eum ferientis concidit. 5. Abeſſalom coma & Adonias formoſitate ſuperbientes, inhonoratum vitæ exitum habuere. 6. Rex Baby-

a) Geneſ. XI 7.
b) Exod. V. 2.
c) Exod. XIV. 28.
d) 1 Sam. XVII. 49.

ναχηρεὶμ, μέγα θρασυνθεὶς ἐπὶ τῇ τῶν ἐθνῶν παραλήψει, καὶ κατὰ τοῦ ἐζεκίου, ὡς μὴ δυναμένου βοηθεῖσθαι διὰ ῥαψάκου κατεπαρθεὶς, τὴν ἑαυτοῦ στρατὴν θεηλάτῳ πληγῇ ὑπὸ μίαν καιροῦ ῥοπὴν ἀπολλὺς, καὶ δραπέτης, μόνος ἀποδιδράσκων εἰς τὴν ἑαυτοῦ γῆν, κἀκεῖσε πρὸς τῶν οἰκείων παίδων ἀναιρούμενος. ὁ συρίας βασιλεὺς ἀδάδου ὁ υἱὸς, πάντα τὸν τοῦ ἰσραὴλ λαὸν ἀφανίζειν ἀπειλῶν, διὰ παιδαρίων σλβ, μυρίους πολεμιστὰς ἑαυτοῦ ἀπόλλυσι, καὶ τὴν ὅλην ἑαυτοῦ βασιλείαν διεφθείρετο. Οζίας ὁ βασιλεὺς, ἐπὶ δικαιοσύνῃ μέγα φρονήσας, καὶ ἱερᾶσθαι βουλόμενος, λεπρωθεὶς, οὐ μόνον τῆς βα-

loniorum Sennacherim magna arrogantia ferociens ob gentes devictas & adversus Ezechiam e) ut qui expers esset auxilii, per Rapsacem sese efferens, exercitum suum divino ictu per brevissimum temporis momentum amisit, & proripiens se in terram suam solus aufugit, f) ibique a suis filiis est interfectus. 7. Syriæ Rex Adadi F. g) cum universum populum Israëlis comminatus esset delere, a ducentis & triginta duobus pueris profligatus innumeras copias perdit & totum regnum suum affligit. 8. Ozias Rex, justitiæ opinione inflatus cum vellet sacrificare, h) lepra cor-

σι-

e) 4 Reg. XVIII. & XIX. Esaiæ XXXVI. & XXXVII.
f) 4 Reg. XIX. 37. Esa. XXXVII. 38.
g) 3 Reg. XX. 15. seq.
h) 2 Chron. XXVI. 16.

σιλείας, ἀλλὰ καὶ τ οἰκίας ἐξεβάλετο. Ναβυχοδονόσορ, ὅτι τῆ πάντων κρατήσᾳ τ ἐθνῶν, καὶ τ βαβυλῶνα αὐξήσᾳ, ὑπὲρ ἁπαντὰς ἐπαρθεὶς, τὴν ἐ ἀνθρώπε διάνοιαν ἀφαιρεθεὶς, θηρίε ψυχὴν καὶ τρόπον ἔσχηκε. καὶ Φαρισαῖος, ἐπὶ τῆ ἑαυτῦ δικαιοσύνη μέγα φρονήσας, καὶ ἐπὶ ταύτη, κ τελώνε θρασυνθεὶς, τὴν δικαιοσύνην ἀπώλεσε.

reptus, non regno modo sed domo i) ejectus est. 9. Nabuchodonosor quod omnes gentes debellasset & Babylonem incrementis auxisset, supra cunctos sese efferens, humana mente spoliatus est k) bestiæque animam ac mores obtinuit. Et 10) Pharisæus sua justitia superbiens, & propter eam publicano insultans, l) justitiam perdidit.

ΚΕΦ. νη.

Τίνες διὰ ταπεινοφροσύνην εἰς δόξαν καὶ ὑψος ἦχθησαν.

CAP. LVIII.

Quinam per humilitatem in sublimem gloriam producti sunt?

Ἰωσὴφ, ταπεινοφρονήσας, ἐφ' οἷς ὑπέμεινε χαλεποῖς παρὰ τ ἀδελφῶν, καὶ τ νομι-

1. Josephus cum in malis quibus per fratres m) & quam habebat Dominam n) af-

i) Domo Domini. id. 21.

k) Dan. IV. 3. Sub hujus Nabuchodonosoris nomine Xerxem Græcorum latere contendit Jo. Christ. Artopæus Diss. I. de Xerxe Nebucadnezare, & altera de furore Nebucadnezaris.

l) Luc. XVIII. 11. 14.

m) Genes. XXXVII.

n) Genes. XXXIX.

σθείσης δεσποίνης, εἰς τὸ κρατεῖν τῆς αἰγύπτου προήγετο. ἰακὼβ φεύγων τὰς τοῦ ἀδελφοῦ ἀπειλὰς, καὶ ξένην ἀντὶ τῆς πατρώας ἐστίαν ἀλλαξάμενος, πλούσιος ἐπανήρχετο καὶ τίμιος. ἰούδας ἐπιπεσὼν τῷ ἰωσὴφ ἐφ' οἷς εἰς αὐτὸν ἐπλημμέλησαν, βασιλικοῦ γένους ἀξιοῦται γενέσθαι φύλαρχος. γαβαωνίται τὸν ἰησοῦν ὑπελθόντες ἐν τῇ τῶν ἐθνῶν παραλήψει, διὰ ταπεινοφροσύνης, ἐν τοῖς οἰκείοις μεμενήκασι, τῆς σωτηρίας τετυχηκότες. Δαβὶδ δ' ὅλου ταπεινοφρονῶν, ἐφ' οἷς ὑπὸ τοῦ σαοὺλ ὑπέμεινε, καὶ τὴν βασιλείαν ἀπελάμ-

ficiebatur, humilem se præbuisset, ad præfecturam Ægypti o) fuit evectus. 2. Jacobus fratris fugiens minas, p) & patrium peregrino lare permutans dives & honoratus revertit. 3. Judas coram Josepho procidit q) eorum causa quæ in eum fratres admiseserant, & dignus deinde habitus est qui Regiæ stirpis r) caput esset. 4. Gabaonitæ s) ad Josuam, cum ille gentes cepisset, accedentes per humilitatem salute potiti sunt, atque in suis ut manerent obtinuere. 5. David per omne tempus in illis quæ a Saule perpetiebatur, t) modestus & humilis, re-

βανεν.

o) Genes. XLI. 41.
p) Genes. XXVIII. seq.
q) Genes. XLIV. 18.
r) Matth. I. 2. Luc. III. 33.
s) Josuæ IX.
t) 1 Sam. XVIII. seq.

βανεν. ἱερεμίας τυπτόμενος καὶ φυλακιζόμενος ἐπὶ ταῖς ἀληθέσι προῤῥήσεσι, καὶ φέρων ταπεινοφρονως, προστάτης τοῦ λαοῦ, κατὰ τὸν καιρὸν ἐγίνετο τῆς πολιορκίας. Νινεϋίται, ταπεινοφρονήσαντες, ἐπὶ τὸ τοῦ ἰωνᾶ κήρυγμα, ἐλέους τετυχήκασιν, ἀπήμαντοι διαμείναντες. καὶ ὁ Κύριος δὲ, τὸν τελώνην, πολλῇ ταπεινοφροσύνῃ, εἰς τὸ ἱερὸν ἀνεληλυθότα, καὶ ἑαυτὸν ἐπὶ ταῖς πλημμελείαις κατακρίναντα, δεδικαιῶσθαι, ἔφη, ὑπὲρ τὸν μεγαλοῤῥήμονα φαρισαῖον.

gnum deinde accepit. 6. Jeremias pulsatus inclususque carceri u) ob vera quæ erat vaticinatus, cum tulisset hoc modeste, præfectus postea populi, x) tempore obsidionis urbis fuit constitutus. 7. Ninevitæ y) ad prædicationem Jonæ humiles se præbuerunt, & misericordia potiti sunt malorumque immunes mansere. Et 8. Dominus publicanum z) multa humilitate ascendentem in templum, seque ipsum de peccatis condemnantem ait justificatum fuisse præ magniloquo Pharisæo.

u) Jerem. XXXVII. 14.
x) Jerem. XLII. 2.
y) Jon. III.
z) Luc. XVIII.

ΚΕΦ. νθ.

Τίνες ἐφ' οἷς ἔδρασαν φόνοις, ἀπεδέχθησαν, καὶ εὐάρεστοι παρὰ θεῷ γεγόνασι.

Μωϋσῆς τὸν αἰγύπτιον ἀνελὼν, καὶ ἐκδικίαν τοῦ ἀδικουμένου ἑβραίου ποιησάμενος. Φινεὲς ὁ τοῦ ἀαρὼν υἱὸς τὸν ζαμβρὴν καὶ τὴν χασβὴν διελάσας, καὶ οὕτω τὴν κατὰ τοῦ λαοῦ δικαίαν τοῦ Θεοῦ μῆνιν, ἐξιλασάμενος. σαμουὴλ, ὁ ἱερεὺς καὶ προφήτης, τὸν τῶν ἀμαληκιτῶν βασιλέα τὸν ἀγὰγ, ἀνελὼν, καὶ πληρώσας βουλὴν Θεοῦ, ἣν ὁ Σαοὺλ οὐκ ἐπλήρωσεν. οἱ εἰς τὴν ἔρημον προσδεδραμηκότες καλοῦντι τῷ μωϋσῇ, καὶ τοῦ προσήκοντας αὐτοῖς, ἐπιμεμενηκότας τῇ δυσσεβεῖ γνώμῃ τῆς εἰδωλολατρείας, ἀποσφάξαντες.

CAP. LIX.

Quinam ob cædes quas patravere, accepti Deoque probati exstiterunt?

1. Moyses cum interfecisset Ægyptium, a) atque injuriam Hebræo illatam ultus fuisset. 2. Phinees Aaronis F. qui Zambrem & Chasben b) transverberavit, itaque expiavit justam Dei adversus populum iram. 3. Samuel Sacerdos & Propheta qui Agagum Amalekitarum Regem c) interemit, Deique consilium quod Saul facere neglexerat, implevit. 4. Qui vocante Moyse in deserto accurrerunt, propinquosque d) in impia idololatriæ sententia persistentes ob-

Δαβὶδ

a) Exod. II. 12.
b) Num. XXV. 8.
c) 1 Sam. XV. 8.
d) Num. XXV. 4. seq.

Δαβὶδ τ νεανίαν ἀμαληκίτην, τ καυχώμενον ἐπ' αὐτῷ, ὡς τ Σαὴλ αὐτὸς ἀπεφάξας εἴη. καὶ τ Ῥιχαὰβ, καὶ τ Βαανᾶν, τοὺς τ Ῥεμμὼθ υἱοὺς τ Βηρρόθεε, οὓς τὸν μεμφιβοσὲθ τὸν τ σαὴλ υἱὸν, ὡς πρὸς αὐτ χάριν, ἀπεκτακνότας, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῶν κομίσαντας αὐτῷ. ἡ γυνὴ, ἡ τὸν ἀβιμέλεχ ἀπὸ τ τείχους, κλάσματι μύλου ἀπορριφὸν αὐτῷ, ἀνελοῦσα. ἡ γυνὴ, τὸν ἀβεσσᾶ μέλλοντα πολιορκίαν κινεῖν τῇ πόλει, ἀναιρεθῆναι ποιήσασα, καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, τῷ ἰωὰβ, ἀπὸ τ τείχους ἀκοντίσασα.

truncarunt. 5. David morti dans juvenem Amalekitam e) qui gloriabatur se esse qui Saulem interfeciisset: nec non perimens Rechabum ac Baananem f) filios Remmoth, Berrhothensis, qui Memphiboseth Saulis F. velut in Davidis gratiam ajebant se peremisse, caputque illius huic afferebant. 6. Mulier quæ fragmento lapidis molaris g) in Abimelechum conjecto de mœnibus, eum interfecit. 7. Mulier quæ Abessam obsidionis causam futurum civitati, h) interimendum suasit, caputque ejus ad Joabum de muro misit.

e) 2 Sam. I. 15.
f) 2 Sam. IV. 12.
g) 2 Sam. XI. 21.
h) 2 Sam. XX. 21. seq. Σαβεέ.

ΚΕΦ. ξ.

Τίνες ἐπὶ βλασφημίᾳ, λιθόλευστοι ἀνηρέθησαν.

Ὁ Ζαλωμὶθ υἱὸς τῆς θυγατρὸς Δαβρεὶ, ἐπὶ βλασφημίᾳ, ὃς μετὰ ἑτέρου μαχόμενος, Θεὸν ἐβλασφήμησεν. ὁ ἐν σαββάτῳ ξύλα ἐκλέξας εἰς τὴν ἔρημον. ἀχὰρ ὁ ἱεροσυλῶν, ὁ ἐκ τῶν ἀναθημάτων τῆς ἱερειχοῦς ἀποκρυψάμενος.

CAP. LX.

Quinam ob delicta lapidibus obruti periere?

Filius Salomith filiæ Dabri a) propter blasphemiam qui cum altero jurgans, Deum blasphemaverat. 2. Qui ligna sabbato collegerat in deserto. b) 3. Achar c) sacrilegus, qui ex devotis rebus civitatis Jericho nonnulla occultaverat.

ΚΕΦ. ξα.

Καὶ τίνες δίκαιοι ἐπ' εὐσεβείᾳ.

Ναβαθαὶ ὁ ἰεζραελίτης, συκοφαντηθεὶς ὑπὸ τῆς ἰεζάβελ, ὡς καταρασάμενος Θεὸν καὶ βασιλέα. ζαχαρίας ὁ ἀρχιερεὺς, ὁ τοῦ ἰωδαὲ,

CAP. LXI.

Et quinam justi, ob pia facta?

Nabuthæus Jesraëlites d) a Jezabele circumventus calumnia, ac si Deo & Regi maledixisset. Zacharias Pontifex Maximus, e) filius Jodaë, ὑπὸ

a) Levit. XXIV. 11.
b) Num. XV. 32.
c) Jos. VII.
d) 3 Reg. XX. 13.
e) Supra Cap. XLVII.

ὑπὸ ἰωᾶς βασιλέως, ἀναμέσον τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου λιθασθεὶς, ὅτι παρῄνει αὐτῷ μὴ δυσσεβεῖν.

